

DOMINICUS PLANZER O.P., *De Codice Ruthenensi miscellaneo in Tabulario Ordinis Praedicatorum asservato*, in «Archivum Fratrum Praedicatorum» (ISSN 0391-7320), 5, (1935), pp. 5-123.

Url: <https://heyjoe.fbk.eu/index.php/afp>

Questo articolo è stato digitalizzato dalla Biblioteca Fondazione Bruno Kessler, in collaborazione con l'Institutum Historicum Ordinis Praedicatorum all'interno del portale [HeyJoe](#) - *History, Religion and Philosophy Journals Online Access*. HeyJoe è un progetto di digitalizzazione di riviste storiche, delle discipline filosofico-religiose e affini per le quali non esiste una versione elettronica.

This article was digitized by the Bruno Kessler Foundation Library in collaboration with the Institutum Historicum Ordinis Praedicatorum as part of the [HeyJoe](#) portal - *History, Religion, and Philosophy Journals Online Access*. HeyJoe is a project dedicated to digitizing historical journals in the fields of philosophy, religion, and related disciplines for which no electronic version exists.



Nota copyright

Tutto il materiale contenuto nel sito [HeyJoe](#), compreso il presente PDF, è rilasciato sotto licenza [Creative Commons](#) [Attribuzione-Non commerciale-Non opere derivate 4.0 Internazionale](#). Pertanto è possibile liberamente scaricare, stampare, fotocopiare e distribuire questo articolo e gli altri presenti nel sito, purché si attribuisca in maniera corretta la paternità dell'opera, non la si utilizzi per fini commerciali e non la si trasformi o modifichi.

Copyright notice

All materials on the [HeyJoe](#) website, including the present PDF file, are made available under a [Creative Commons](#) [Attribution-NonCommercial-NoDerivatives 4.0 International License](#). You are free to download, print, copy, and share this file and any other on this website, as long as you give appropriate credit. You may not use this material for commercial purposes. If you remix, transform, or build upon the material, you may not distribute the modified material.



De Codice Ruthenensi miscellaneo
in Tabulario Ordinis
Praedicatorum asservato

scripsit Dominicus Planzer O. P.

Inter codices manu scriptos, qui hodie in Tabulario Ordinis Praedicatorum prope Romanam Curiam Ordinis erecto asservantur, principaliorem locum tenet liber ille venerandus, qui apud doctos viros *Codex Ruthenensis* audit; in ipso solo non tantum vetustissimus textus Constitutionum Ordinis Praedicatorum posteris traditus est, sed et alia documenta magna ex parte haud parvi momenti, immo unica, ad nos pervenerunt. Hinc non mirum est viros historiam Ordinis nostri colentes ipsum magni aestimari. Qua de causa etiam plures a nobis petierunt, ut hunc codicem quam accuratissime describamus contentaque in eo ad amussim enumeremus, ita ut cuncta in eo nobis tradita innotescant et dubia non pauca tollantur. Cui desiderio hisce satis facere aequum duximus.

In primis notare iuvabit *duos codices Ruthenenses* in Tabulario Ordinis asservari, qui apud non nullos auctores ob commune nomen saepe confunduntur, ita prorsus, ut aliquando contenta alterius candide alteri adscribantur¹. Qui duo codices hodie numeris *XIV A 3* et *XIV A 4* designantur. Ille continet varia scripta Bernardi Guidonis O. P., iste vero est noster, de quo hic agimus. Uterque apud scriptores hodiernos « *Codex Ruthenensis* » audit. Sic inter alios Denifle² et Douais³ Codicem *XIV A 3* « *Ruthen-*

¹ Ita Douais civ. codicem *XIV A 3* describit, at 674 ss. codicem *XIV A 4* adducit eius contenta alteri tribuens.

² Denifle, *Archiv I.* 169 ad Ms. G.

³ Douais civ.

sem » appellant, dum e contrario Mortier¹, Simon² et alii Codicem XIV A 4 « Ruthenensem » dicebant. Qua de re haud raro plures opinati sunt de uno eodemque codice agi. Certe omnem confundendi occasionem evadere non erimus pares, nisi utrique codici nomen antiquum, quod manu saec. XVIII. inc. dorso tegumenti utriusque codicis inscribitur, restituamus, nimirum codici XVI A 4 « M. S. Rutenense Bernardi Guidonis », codici autem XIV A 4 « Miscellanea. M. S. Rutenensis ». Ut igitur omne periculum ambiguitatis tollatur, librum, de quo agimus, « Codicem Ruthenensem miscellaneum » dicere maluimus. Quod nomen antiquitate et dicendi usu probatum et aliis de eodem codice scribentibus commendamus. — Si quis nihilo minus nullo addito verbo de codice Ruthenensi loqui melius duceret, is saltem codicem nostrum unum intelligat.

Pauca addere liceat de ratione, quam in describendo codice secuti sumus. — Omnia et singula, quae ex ipso codice descripsimus, litteris inclinatis, quae apud typographos « italique » vel « cursiva » audiunt, imprimi typis curavimus.

Quae nos adiunximus, litteris ordinariis designantur. Litteris *inclinatis* parvo spatio separatis ab invicem rubricas vel titulos minio adornatos in ipso codice adinventos distinximus. Auctores, titulos vel notabilia a nobis superaddita aut pinguioribus litteris aut MAIUSCULIS aut communibus, sed spatio interiecto, scripsimus. — Quae de scripturarum aetate diximus, cum quadam cautela accipienda sunt, quia ex sola scriptura inspecta ipsam ad annum vel etiam decennium restringere numquam licebit; qua de causa nihil obstat, quominus aetati indicatae aliquot anni aut addantur aut subtrahantur, dummodo aetas a nobis proposita media habeatur. — In adducendis libris, in quibus scripta vel documenta in codice tradita publici iuris fiebant, parcissimi consulto fuimus; ad eos enim prae ceteris lectores remisimus, quorum apud Ordinis nostri historiographos usus magis invaluit; alios silentio praetermittendos censuimus.

Libri autem, quorum titulos compendiose adducimus, hii sunt:

AnalOP = Analecta Sacri Ordinis Fratrum Praedicatorum. Romae, Typ. Vaticana 1893 ss.

¹ Mortier VIII 30 et saepius.

² Simon xiv., ubi false *Cod. A. 2* dicitur.

- BOP* = Bullarium Ordinis FF. Praedicatorum... opera F. Thomae Ripoll O. P. ...editum a P. F. Antonio Bremond O. P. Romae, Typ. H. Mainardi 1729 ss.
- Denifle, Archiv* = Archiv für Litteratur-und Kirchengeschichte des Mittelalters hg. von P. H. Denifle O. P. und F. Ehrle S. J. Berlin, Weidmann 1885 ss.
- Denifle, Chart.* = Chartularium Universitatis Parisiensis ed. H. Denifle O. P. auxiliante Aę. Chatelain. Parisiis, Fratres Delalain 1889 ss.
- Douais* = C. Douais, Acta capitulorum provincialium ordinis fratrum Praedicatorum. Toulouse, F. Privat 1894.
- ed. F.* = Corpus iuris canonici. Editio Lipsiensis secunda ed. Ac. Friedberg. Lipsiae, B. Tauchnitz 1922.
- Finke* = H. Finke, Ungedruckte Dominikanerbriefe des 13. Jahrhunderts. Paderborn, F. Schöningh 1891.
- Gutraud* = J. Guiraud, Cartulaire de Notre-Dame de Prouille (in: Bibliothèque historique du Languedoc). Paris, Picard 1907.
- Hauck* = A. Hauck, Kirchengeschichte Deutschlands. 3-4. bzw. 2. Aufl. Leipzig, Hinrichs 1904 ss.
- Heimbucher* = M. Heimbucher, Die Orden und Kongregationen der katholischen Kirche. 3. Aufl. Paderborn, F. Schöningh 1933 s.
- Mamachi* = Annalium Ordinis Praedicatorum volumen primum... auctoribus Fr. Th. M. Mamachio... Romae, Typ. Palladis 1756.
- Mansi* = Sacrorum Conciliorum nova et amplissima collectio ed. Jo. D. Mansi. Parisiis, H. Welter 1903 ss.
- ML* = J. P. Migne, Patrologiae cursus completus. Patrologia latina. Parisiis, J. P. Migne 1843 ss.
- MOPH* = Monumenta Ordinis Fratrum Praedicatorum historica. Romae 1896 ss.
- Mortier* = [A.] Mortier O. P., Histoire des maîtres généraux de l'Ordre des Frères Prêcheurs. Paris, A. Picard 1903 ss.
- Potth.* = Regesta Pontificum Romanorum inde ab a. post Christum natum 1198 ad a. 1304.... ed. A. Potthast. Berolini, R. de Decker 1874 s.¹.
- Pressutti* = Regesta Honorii papae III. iussu et munificentia Leonis XIII.... ed. P. Pressutti. Romae, Typ. Vaticana 1888 ss.
- QF* = Quellen und Forschungen zur Geschichte des Dominikanerordens in Deutschland. Leipzig, O. Harrasowitz 1907 ss.
- Reg. Alex IV.* = Les registres d'Alexandre IV... par C. Bourel de la Roncière, J. de Loyes etc. (in: Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome. 2.e Série). Paris, E. Thorin (A. Fontemoing) 1902 ss.
- Reg. Bon. VIII.* = Les registres de Boniface VIII... par A. Thomas etc. (ibidem). Paris, ibid. 1902 ss.
- Reg. Clem. IV.* = Les registres de Clément IV... par E. Jordan. (ibidem). Paris, ibid. 1893 ss.
- Reg. Greg. IX.* = Les registres de Grégoire IX... publiés ou analysés... par L. Auvray. (ibidem). Paris, ibid. 1896 ss.

¹ Ex regestis Romanorum Pontificum soli numeri regesti citantur.

- Reg. Greg. X.* = Les registres de Grégoire X... par J. Guiraud. (ibidem). Paris, ibid. 1892 ss.
- Reg. Hon. IV.* = Les registres d'Honorius IV... par M. Prou. (ibidem). Paris, ibid. 1888.
- Reg. Inn. IV.* = Les registres d'Innocent IV... par E. Berger. (ibidem). Paris, ibid. 1884 ss.
- Reg. Mart. IV.* = Les registres de Martin IV... par les membres de l'école française de Rome. (ibidem). Paris, ibid. 1901 ss.
- Reg. Nic. III.* = Les registres de Nicolas III... par J. Gay. (ibidem). Paris, ibid. 1898 ss.
- Reg. Nic. IV.* = Les registres de Nicolas IV... par E. Langlois. (ibidem). Paris, ibid. 1905 ss.
- Reg. Urb. IV.* = Les registres d'Urban IV... par J. Guiraud. (ibidem). Paris, ibid. 1901 ss.
- Ritzinger* = E. Ritzinger, Hermann de Minden et la Province Dominicaine de Teutonie. (Diss. Fribourg). — Opus manuscriptum mox typis edendum.
- Sbaralea* = Bullarium Franciscanum... studio et labore fr. J. H. Sbaraleae, Romae, Typ. S. Congr. de Propaganda Fide 1759 ss.
- Simon* = A. Simon, L'Ordre de Pénitentes de Ste. Marie-Madeline en Allemagne au 13.me siècle. (Diss. Fribourg). Fribourg, Impr. St.-Paul 1918.
- Strassb. UB.* = Urkundenbuch der Stadt Strassburg (in: Urkunden und Akten der Stadt Strassburg, Abt. 1). Strassburg, J.H.E.Heitz - K.J.Trübner 1879 ss.

Abbrevationes et signa diacritica :

- [] = quae addidit editor.
- e. s. s. d.* = *episcopus, servus servorum dei*
- e. t. c.* = *eodem titulo et capitulo*
- p. n. a.* = *pontificatus nostri anno*

ROMAE, in Tabulario Ordinis Praedicatorum Cod. XIV A 4 dictus *Codex Ruthenensis Miscellaneus*. Membr. Constat foliis vii (chart., quae signavi A-G) + 197 + viii (chart., quae signavi H-O). Quomodo folia antiquitus numerata sint, vix constat, cum margines foliorum resecati sint; pauca de hac re inferius addam. Manu saec. XVIII. *paginis* numeri apponebantur, ita ut folia 1-196 *paginis* 1-392 aequiparanda sint. Nos his diebus, ut omne dubium tollatur¹ et pristina et tam antiquo codici consentanea recensendorum foliorum ratio restituatur, denuo foliis numeros novos plumbo inscripsimus: quam numerandi rationem sequemur unam, veterem *paginarum* numerum uncinis inclusum concordiae causa referentes. Folia sunt 223 x 160 mm. duobus exceptis, quorum margines mutilati sunt (fol. 196 197).

Ut autem totius codicis structura innotescat, de singulis partibus agendum est. Partes codicis sic distinximus :

¹ Saepissime enim docti viri codice utentes folia loco *paginarum* adducunt; ita Finke, Simon, Douais.

A. PRAEFIXUM I. = fol. B-G.

Chart.; I ternio completa. — Appositum est saec. XVIII., quando codex novo tegumento conglutinatus est.

B. PRAEFIXUM II. = fol. 1-5 (= p. 1-10).

Membr.; constat uno folio separato + 1 binione, vel si magis placet, 1 ternione, cuius ultimum folium deest. — 1 col.; 30-33 lin. (de fol. 5v cf. infra p. 17) — Saec. XIV. inc. vel e prima medietate. Scriptura est semicursiva gotica, quam fere bastardam dicerem. Eam scriptori gallico attribuo. Fol. 2v lin. 16 atramentum mutatur. Scriptura huius partis simillima est scripturae appendicis I partis III, quam habes fol. 58r-58v; utramque scripturam esse unius eiusdem manus opinor, quin tamen id pro certo affirmare audeam.

Undenam hoc praefixum veniat, dici nequit: an ad statum primitivum codicis pertineat, an postea ex alio codice transsumptum sit, dubium est. Nec excludo scriptorem aliquibus foliis olim vacuis usum esse ¹.

C. PARS I. = fol. 6-27 (= p. 11-54).

Membr. Incipit textu manco. Quot folia praecesserint, ignoro. Quia vero duo folia separata primum fasciculum (= quaternionem) sequuntur, duo folia deperdita esse non sine ratione autumo. Si ita est, primus fasciculus olim erat sexternio ². Constat igitur haec pars duabus sexternionibus, quarum prima initio deficientibus 2 foliis est incompleta. Vel si ad statum hodiernum unice attendimus, constat 1 quaternione + 2 foliis separatis + 1 sexternione. Folia duplicia alterius sexternionis in margine inferiore ad dexteram minio designantur: $a^I - a^{VI}$; num folia primae sexternionis similiter numerata sint, nos fugit, quia margines forsitan resecabantur. — 1 col.; 35 lin. — Saec. XIV. e prima medietate vel forsitan saec. XIV med.; scriptura est semicursiva gotica sat rotunda. Scriptorem Gallum fuisse dicerem. Lineae plumbo designantur. Scriptura similis esse videtur scripturae ultimae partis (= fol. 178r-195r); animadvertas utriusque partis paginas 35 lineis componi eandemque esse numerationem foliorum. In recensione foliorum concors est etiam parti V.

¹ cf. infra pag. 13.

² Animadvertas aliam sexternionem re vera subsequi; etiam pars VI, quam eiusdem collectionis et scriptoris esse inferius dicam, sexternionibus constat.

D. PARS II. = fol. 28-48 (= p. 55-96).

Membr. Constat 2 sexternionibus; in secunda sexternione inter fol. 47 et 48 nostrae numerationis tria folia, nimirum folia 9 10 11 istius sexternionis, cultro excisa sunt. Fol. 39v prima sexternio imo in margine manu saec. XIV. ita inscribitur: *I. A.*; similiter fol. 40r secunda ita: *B. II.* Folia duplicia utriusque sexternionis in medio margine inferiore manu textui contemporanea litteris *a-f* atramento nigro numerantur. Quem modum designandorum foliorum ab eo, quem in reliquis partibus codicis aliquando invenis, differre caute notabis. — 1 col.; 29-31 lin. — Saec. XIV. med.; scriptura est semicursiva gotica, maior scriptura partis praecedentis et paululum minus rotunda, ad bastardam, ut dicunt, quodam modo accedens. Scriptorem fuisse Gallum mihi constat. Lineae atramento nigro quandoque limpido designantur. Huic parti similis scriptura in reliquo codice non occurrit.

E. PARS III. = fol. 49-59 (= p. 97-118).

Membr. Constat unica sexternione, cuius ultimum folium deficit; hinc primum folium a reliquis separatum fasciculo praecedenti adglutinatum est. Folia non numerantur. — 1 col.; 36-37 lin. — Saec. XIV. inc. vel saec. XIV. e prima medietate; omnibus perpensis hanc scripturam paululum antiquiorem dicerem scriptura partis primae. Scriptura est enim semicursiva gotica, obiter inspecta vix dissimilis scripturae partis primae ac certe non eadem nec contemporanea; etenim et colore atramenti differt et formis litterarum, quae sunt minus rotundae et clausae, ita ut paululum altiores esse videantur. Scriptorem Gallum fuisse mihi constat. — Lineae sicco stilo vel atramento limpidissimo exprimuntur.

Adduntur huic parti duae appendices fol. 58r-58v et fol. 59r-59v. Prima mihi videtur esse scriptoris praefixi II (saec. XIV. inc.), altera scribitur manu iuniore (saec. XIV. e I. medietate).

F. PARS IV. = fol. 60-95 (= p. 119-190).

Membr. Constat 3 sexternionibus completis. Folia non numerantur. Fol. 83r i. e. ultimo folio secundae sexternionis, inscribitur littera *A.*; folio vero 84r i. e. initio tertiae sexternionis inscribitur littera *B.* Utraque littera ab eadem manu scripta est, quae partem II fol. 39v et 40r litteris *I. A.* et *B. II.* signaverat (manu saec. XIV.) — 1 col.; 42 lin. — Saec. XIII. ex. vel XIV. inc. Scriptura huius partis fol. 60r-94r est gotico-antiqua, quam fere texturam diceres; mihi dubium non est, quin a scriptore

quodam teutonico originem ducat; quod eo magis mihi placet, quo fere omnia in hac parte contenta ad res provinciae Teutoniae se referunt. Hinc omnibus perpensis hanc partem integram quodam tempore in Galliam missam esse opinor; eam esse quodam modo supplementum partis praecedentis libenter dico. De origine huius partis in sequentibus adhuc sermo erit — Lineae atramento signantur.

Sequuntur fol. 94r-95v tres appendices sibi fere contemporaneae, scriptae manu saec. XIV. e l. medietate

G. PARS V. = fol. 96-177 (= p. 191-354).

Membr. Constat 7 sexternionibus, quarum folia duplicia in margine inferiore ad dexteram aut minio aut viridi colore sic signantur: Sext. I = minio *a-f*; Sext. II. = minio *I-VI*; Sext. III. = minio *a^I-a^{VI}*; Sext. IV. = minio *b^I-b^{VI}*; Sext. V. = minio *c^I-c^{VI}*; Sext. VI. = viridi colore *I-VI*; Sext. VII. = viridi colore *a-f*. — 2 col.; 40 lin. Lineae sicco stilo praesignantur. Saec. XIV. inc. ¹. Non dubitandum est, quin collectio privilegiorum in hac parte contenta eo tempore scripta sit, quo fratres mendicantes a Bonifacio VIII. permultis privilegiis privati sunt; de qua re infra plura dicemus. Scriptura est semicursiva gotica sat rotunda.

Hanc partem ob similem foliorum numerationem olim cum parte IV et VI huius codicis simul exstitisse mihi constat.

H. PARS. VI. = fol. 178-196 (= p. 355-392).

Membr. Constat 1 sexternione + 1 sexternione incompleta; desunt enim inter folia 195 et 196 quattuor folia, item post fol. 196 unum; quae folia erant fol. 7 8 9 10 12 secundae sexternionis. Hinc istam partem primitus duabus sexternionibus constitisse certum est; quandonam fol. 7 8 9 10 secundae sexternionis excisa sint, dicere non possum; fol. 12 sexternionis secundae iam a longo tempore deesse ex eo conicio, quod fol. 196 (i.e fol. 11 istius sexternionis) in parte aversa sat sordidum est. Itaque sat probabile est hoc folium iam a longo tempore fuisse ultimum folium totius codicis vel saltem istius partis a reliquis adhuc separatae. — Folia duplicia sexternionum colore viridi ita designantur: *a^I-a^{VI}* et *a-f*. — Fol. 178r-195r: Saec. XIV. e l. medietate vel Saec. XIV. med. Scriptura est semicursiva gotica sat rotunda, quam supra diximus esse simillimam immo forsitan eandem scripturae partis I.

¹ cf. infra pag. 8-9 et 9 nota 1.

Fol. 195v-196v adduntur duae appendices, quarum primam saec. XIV. med., alteram saec. XIV. e 2. medietate esse dico.

J. APPENDIX ad totum codicem I. = fol. 197 (numerus paginae desideratur)

Membr. Constat unico folio, quod certe primitus tegumento codicis adhaeserat: in parte aversa habetur scriptura Saec XIV. e 1. medietate vel Saec. XIV. med.

K. APPENDIX ad totum codicem II. = fol. H-O.

Chart. Folia scriptura vacant. Apposita est haec appendix, quando codex saec. XVIII. conglutinatus est.

His dictis exponendum est, quo modo codex hodiernus ex his diversis partibus compositus sit. Ut autem rem candide confitear, difficillimum mihi videtur aliquid omnino certum hac de re profari, eo quod signa et documenta codici extranea penitus deficiunt. Nihilo minus ex codice ipso propius inspecto licet historiam et originem eius paulisper illustrare: quae de hac re dicam, mihi quidem probabilia esse videntur, quin aegre feram, si quis hac in re aliter sentiret.

1. *De collectione A.* Nucleus totius codicis eae partes esse videntur, quarum folia manu antiqua eodem prorsus modo numerantur¹. Sed iam constat in partibus I V VI folia duplicia cuiuscumque fasciculi aut litteris, aut litteris cum numeris, aut numeris viridi colore vel minio scriptis in parte dextera marginis inferioris recenseri. Non dubitandum est, quin hi numeri vel litterae eadem manu saec. XIV. e 1. medietate vel saec. XIV. mediante scriptae sint. Hinc arguo partes I V VI codicis ad unam eandemque collectionem attinere, quae saltem saec. XIV. mediante iam unita erat.

Ne tamen putes, singulas partes eodem tempore scriptas esse. Etenim ex scripturae indole mihi constat partem V paulisper antiquiorem esse partibus I et VI. H. Denifle O. P.² eam saec. XIII. ex vel XIV. inc. tribuerat; de quo certe non est reprehendendus, cum scriptura absque dubio tale iudicium permittit et postulat. Attamen, mihi videtur melius esse saec. XIV. inc. solum retinere³. Etenim collectio bullarum et privilegio-

¹ cf. supra pag. 5 7.

² Denifle, Archiv I 167.

³ cf. supra pag. 7.

rum, quae parte V traditur, eo tempore vel paulo post facta sit oportet, quo Bonifacius VIII. famosa illa bulla « *Super cathedram* » mendicantium privilegia haud parum minuerat; eo enim fine scriptor bullarium composuisse videtur, ut ex collectis antiquis privilegiis argueret, quam immerito Bonifacius favores prius concessos restrinxerit ¹. His argumentis fultus partem V saec. XIV. inc. adscribo.

Partes I et VI non tantum eodem tempore sed et eadem manu scriptae esse videntur. Ipsae parti V unitae sunt saltem saec. XIV. median- te, quo tempore folia duplicia numeris et litteris in margine praeditae sunt. Nec excludendum est, has partes paucis tantum tempore post con- scriptas partes I et VI coniunctas esse ².

Hanc igitur collectionem, quae partibus I V et VI componitur, *col- lectionem A* inscribimus.

Quam collectionem, saltem unitam, ex quodam conventu Galliae ori- ginem ducere vix est negandum. Etenim appellationis ad regem Galliae Parti VI adiunctum formularium omne prorsus dubium tollit ³. Nec par- tem V excipio, quippe quae e. gr. n. 17 205 et saepius res ad historiam provinciarum Galliae attinentes refert. Immo scripturae indoles idem postu- lare videntur.

2. *De collectione B.* Iam difficilium est de origine ceterarum partium codicis aliquid adumbrare. Nihilo minus mihi fere certum est, praeter pri- mam, de qua locutus sum, aliam collectionem in codice diiudicandam esse, quae tria scripta a se distincta i. e. partes II III IV amplectitur. Quam compendiarie *collectionem B* dicimus.

Antiquissima pars huius collectionis B haud dubie est pars IV. Ex scriptura et argumento contentorum omnino constat eam ex aliquo conventu fratrum vel sororum provinciae Teutoniae originem ducere ⁴. Etenim de scriptore germanico nullum dubium est homini in diiudicandis antiquis scrip- turis paulisper perito.

Praeterea in eadem parte de rebus provinciam Teutoniae vel res ges- tas Hermanni de Minda O. P., eiusdem provinciae prioris provincialis,

¹ Ultima bulla est bulla n. 210, data 1297 Jul. 18.; cum vero lites de mendicantium privilegiis nonnisi post annum 1300 ortae sint, bullarium potius saec. XIV. inc. et non XIII. ex. adscribo.

² cf. supra pag. 7, ea, quae de ultimis foliis partis V et VI attulimus.

³ cf. infra descriptionem codicis.

⁴ cf. supra pag. 6 s.

respicientibus unice est sermo, si tamen Sancti Thomae de Aquino Opusculum de secreto excipis. Immo et regula sororum canonicè viventium, quae parti IV praemittitur, ad Germaniam nos remittit.

Indagandum tamen est, qua ratione quove modo haec pars codici inserta sit. Animadvertant certe lectores eam argumenti causa intime coniungi cum constitutionibus sororum ordinis nostri¹, quae pars III hanc collectionem ex Germania ortam immediate praecedit. Quo viso mihi statim persuasum erat — quatenus id in similibus rebus licet — partem IV coniungendam esse cum parte III, ita ut his partibus unitis quaedam nova collectio constitutionum et privilegiorum sororum oriatur. Quam collectionem partialem siglo *Collectio B1* designo.

Non tamen moleste fero, si quis obicit partem III esse eiusdem scriptoris ac partes I et VI, ita ut pars III non collectioni B vel B1, sed potius collectioni A tribuenda sit. Re vera scripturam simillima est. Attamen proprius aspiciens certior factus sum et litterarum formam et litterarum initialium adornandi modum aliquo modo saltem differre². Eo vero magis adductus sum, ut partem III a collectione A eximerem, quo foliorum duplicium recensendi modus, qui in collectione A unus adhibetur, in hac parte desideratur: folia enim non numerantur. Ceteroquin difficilius explicaretur, quo modo pars III inter II et IV, quae ipsae certa signa relationis alterius ad alteram prae se ferunt, eo pacto adaptata sit, ut non collectioni B sed collectioni A adiudicanda sit. — Imo, si quis indubiis argumentis suffultus probare posset³, in parte III eandem scripturam adesse ac in parte I et VI, nec ideo concedendum esset, partem III ad collectionem A attinere: non enim multum referret, si re vera pars III ex eodem scriptorio originem duceret, cui partem I et VI tribuendas putamus. Etenim non impossibile est hanc partem ex primo scriptorio separatam ad eum conventum transmissam esse, ubi demum parti IV addita est. — Quidquid id sit: cum hac in re non nisi vero similia proponere nobis liceat, non aegre ferimus, si quis aliter hac in re sentiret.

Sed iam indagandum est, quonam loco collectio B1 adunata sit. Num ex aliquo monasterio sororum an ex conventu fratrum originem ducat, dicere vix praesumo. Si tamen ad argumentum contentorum animadverto,

¹ cf. supra pag. 6. et descriptionem codicis.

² Qua de causa eam paululo antiquiorem esse duco; cf. supra pag. 6.

³ Quod per impossibile supponimus, quin concedamus.

ad primam hypothesim quodam modo inclinor: etenim non videtur omnino reiciendum esse aliquas sorores Galliam inhabitantes rogasse patres vel sorores provinciae Teutoniae, ut sibi privilegia ibi vigentia et ampliorem notitiam de modo vivendi sororum huius provinciae transmittant. Quem conventum viso argumento appendicis I. partis IV¹ libenter in Gallia meridionali situm esse concedo: imo de monasterio sororum Montepessulano vel Prulliano, de quibus ibidem fit mentio, agi saepius penes me ipsum cogitavi.

E contrario, si collectio B1 ex aliquo fratrum conventu orta esset, iam difficilius esset adducere rationem, cur pars III ad talem conventum pervenisset, cum ibi Constitutiones sororum tradantur. Ceteroquin non excludo partes III et IV iam unitas antiquo tempore e monasterio sororum ad conventum fratrum transiisse²: qui conventus certe in provincia Tolosana repetendus est.

Partes III et IV iam saec. XIV. med. unitas esse, omnibus perspectis non sine causa opinor.

At collectioni B1, ni fallor, addenda est pars II, quam *collectionem* B2 nominare mihi placuit. Immo autumo hanc collectionem B2 partibus III et IV iam coniunctis et seorsum existentibus superadditam esse, ita ut unitis collectionibus B1 et B2 tota collectio B orta sit.

Nec ommittendum puto de hac re paulo longius dicere; qua de causa argumenta adducam, quae de origine partis II attestantur.

Sexterniones partis II imprimis eodem modo litteris designantur ac fasciculi partis IV³; nec ductus scripturae nec atramenti color, quo scriptor usus est, quomodolibet differunt. Hinc mihi persuasum est, eandem manum, quae sexterniones partis II litteris *IA* et *B. II* signaverat (cf. fol. 39v et 40r) etiam sexternionibus partis IV litteras *A* et *B* inscripsisse (cf. fol. 83r et 84r); immo in utroque casu folium ultimum praecedentis fasciculi et primum subsequentis his litteris designantur. Quae facta unionem partis II et IV attestantur.

Ob hanc designandi sexterniones rationem repudianda est opinio asserens partem II forsitan ad collectionem A attinere, nec affirmandum est eam esse quandam collectionem a reliquo codice separandam, ita ut merito quaedam

¹ cf. infra descriptionem codicis.

² cf. infra pag. 12 15.

³ cf. supra pag. 6 s.

collectio C nova esset dicenda. E contrario ob similem designandi folia usum pars II collectioni B soli addicenda est.

Ne contra dicas partem II attinere ad collectionem A eo, quod folia eius duplicia praeter designandi rationem, de qua novissime locuti sumus, aliam referunt, qua nimirum folia duplicia litteris *a-f* designantur; qui obiter inspicienti idem modus designandi folia esse videtur, qui in partibus I V et VI occurrit ¹. Nequaquam. Etenim in parte II litterae *a-f* atramento nigro scribuntur et in medio margine inferiore ponuntur, dum e contra in parte V colore viridi et ad latus dexterum marginis infimi scriptae sunt. Nec harum litterarum in memoratis partibus unum fuisse scriptorem putabis, si v. g. litteras *d* et *f* ad amussim comparaveris.

Nec modo haud absimili obiiciat quis etiam partem III, quam modo collectioni B adscripsimus, non huius collectionis esse, quia in ea litterae *A* et *B* sexterniones indicantes desiderantur. Animadvertas enim partem III unica sexternione constare: quare opus non erat eam ab aliis fasciculis eiusdem partis appositis signis quomodolibet distinguere. Ceteroquin arbitramur ea ², quae supra de partibus III et IV coniungendis diximus, talem hypothesim prorsus refellisse.

Immo ea, quae de historia collectionis B modo exposuimus, alio argumento roborari videntur. Etenim parti IV tres adduntur appendices scriptae diversis manibus saec. XIV. e l. medietate; appendices 1 et 2 de sororibus agunt, appendix vero 3 de fratribus loquitur. En res miranda: etiam parti III duae appendices adiunguntur, in quibus de fratribus sermo fit ³. Hae appendices, ubi de fratribus agitur, historiam Provinciae Tolosanae Ordinis Praedicatorum illustrant. E contrario parti II, quam alia ex causa cum parte IV uniendam esse diximus, nulla appendix addita est. — Ex dictis igitur duo deduco: 1. Re vera partes III et IV quondam unitas et a parte II distinctas fuisse. — 2. Partes III et IV probabilius iam saec. XIV. versus medietatem ad aliquem conventum fratrum in Provincia Tolosana situm transiisse.

Omnibus his perpensis arbitramur collectionem B| saec. XIV. mediante ortam esse: cui collectioni saltem saec. XIV. in 2. medietate vel ad summum saec. XIV. exeunte pars II addita sit oportet.

¹ cf. supra pag. 5 7 8.

² cf. pag. 9 s.

³ cf. de his appendicibus pag. 6 s. et infra descriptionem codicis.

3. De tempore vero, quo singulae collectiones, nimirum collectio A et B, unitae sint, difficillimum est quid certi effari, quia tegumentum vetus codicis non servatur. Quia vero totum volumen, attente inspectum, plerumque de privilegiis Ordini concessis agit, ita ut quaedam collectio documentorum adversarios Ordinis refellentium esse videatur, non sine causa opinor, codicem saltem saec. XIV. exeunte iam in hodierna forma existisse. Cum fol. 197, quod certe primo tegumento codicis adhaeserat ¹, sit saec. XIV. med. vel exeuntis, puto me hac in re vix errasse; quia enim fol. 196, i. e. ultimum folium ultimae partis, iterum ob maculas ei inhaerentes quondam in fine cuiusdam partis codicis fuisse constat, non falsum esse puto fol. 197 iam non unicam ultimam partem seu collectionem A conclusisse, sed toti volumini finem dedisse.

4. *De Praefixis.* Praefixum II ob similem scripturam eo tempore scriptum fuisse puto, quo quis foliis vacuis in fine partis III exstantibus utens, ea scriptura dotaverat: an vero praefixum II, cum folia adhuc vacaverant, ad collectionem B attinuerit an iam ad codicem, qui unitis collectionibus A et B ortus sit, dici nequit. Primam hypothesim non omnino reiicio.

Ceterae *appendices* singularium partium ea de causa appositae sunt, quod folia aliqua vacua relinquebantur. De tempore, quo scriptae sunt, iam saepius diximus. Vanum vero est indagare, an collectionibus separatis an unitis appositae sint; tamen prae oculis habeas ea, quae de quibusdam appendicum partibus supra adduximus ².

5. Codex saec. XVIII. tabulis chartaceis membrana tectis conglutinatus est. Eodem tempore paginae numeratae esse videntur et praefixum I et appendix II totius codicis appositae sunt. Quae omnia Romae facta esse ob scripturam, qua paginae numerantur, et ob inscriptionem tegumenti (qua codex *Ruthenensis* dicitur) non sine ratione arguo ³.

Forsan iuvabit compendiarie compositionem totius codicis ad mentem dictorum recolere:

¹ cf. supra pag. 8 s.

² cf. supra pag. 6 s.

³ Ni fallor ipse P. Antoninus Bremond O. P. paginarum numerum propria manu apposuit et indicem initio voluminis adumbratus est; qui etiam de conglutinando codice curasse dicendus est. — Inscriptio dorso tegumenti appositae est certe eo tempore, quo codex iam Romae exstabat.

Codex Ruthenensis constat duabus collectionibus :

- I. *Collectione A.* Unita est saec. XIV. med.; originem ducit ex aliquo conventu fratrum O. P. in Gallia sito. — Ipsa constat :
1. *Parte I.*: saec. XIV. e 1. med. vel. med. Constat 1 sext. + 2 fol. + 1 sext. (olim constabat: 2 sext.).
 2. *Parte V.*: saec. XIV. inc. Constat 7 sext. (nihil deest).
 3. *Parte VI.*: saec. XIV. e 1. med. vel med. Constat 1 sext. + 7 fol. (olim constabat: 2 sext.)
- NB. Appendices huius partis sunt aetatis paulisper superioris; cf. supra p. 8.

II. *Collectione B.* Orta est ex duabus collectionibus minoribus nimirum :

1. *Collectione B1*: quae collectio vero similis saec. XIV. med. vel ex composita est in aliquo monasterio sororum Galliae meridionalis (Prulliano vel Montepessulano?). Iam saec. XIV. in 1. med. vel mediante unita erat. Ipsa constat duabus partibus:
 - a. *Parte IV.*: saec. XIII. ex. vel XIV. inc. Constat 3 sext. (nihil deest). Originem ducit certe ex aliquo conventu sororum vel fratrum Ord. Praed. in Provincia Teutoniae sito.
 - b. *Parte III.*: saec. XIV. inc. vel e 1. med. Constat 1 fol. + 1 quint. (olim: 1 sext.). Originem ducit probabilis ex aliquo conventu sororum in Gallia sito (Prulliano vel Montepessulano ?)

NB. Appendices sunt aetatis paulisper posterioris.

Si Praefixum II revera ab eadem manuscriptum est ac appendix partis III., ipsum huic collectioni B1 addatur oportet.

2. *Collectione B2.* Constat sola *parte II.* Saec. XIV. med. Constat 1 sext. + 1 sext., in qua 3 fol. desunt (olim constabat 2 sext.). Originem ducit probabilis ex aliquo conventu fratrum in Gallia sito (Montepessulano?).

Collectiones A et B iam saec. XIV. in 2. med. vel. ex. unitas esse opinor.

III. *Addimenta* :

1. *Appendix I.* totius codicis. Constat unico fol., quod olim tegumento adhaeserat. Videtur esse additum eo tempore, quo collectiones A et B coniungebantur.
2. *Praefixum I et appendix totius codicis II.* Addita sunt saec. XVIII., cum codex denuo conglutinatus est.

Codicem nostrum olim fuisse conventus Ruthenensis (= Rodez) Fratrum Praedicatorum certo constat ob inscriptionem, quam in tergo voluminis habes. Immo inventarium Bibliothecae Ruthenensis, de quo inferius scribemus, huius rei testis est. Attamen, quia tantum inde a saec. XVIII. inc. nobis certa documenta de origine Ruthenensi codicis attestantia traduntur, non liquet, num iam saec. XIV. ex. omnes vel saltem aliquae partes codicis, quas supra merito cuidam conventui fratrum Ordinis Praedicatorum, reticito nomine, tribuimus, in Ruthenensi asservatae fuerint. Certe hanc hypothesim non omnino excludo, quippe quae indoli codicis sat concors esset; consultius tamen duco^{or} de conventu gallico fratrum nullo addito nomine loqui, sperans fore, ut novis et antiquioribus testimoniis adinventis nomen huius conventus nobis innotescat. Immo si quis, quem ad modum innuimus, conventum Montempessulanum^o haberet illum, ubi partes codicis vel totus saec. XIV. adservabatur, si id placet, nihil opponam. Nec isto in casu quiddam impediret, ne codex iam saec. XIV. ad alium conventum v. g. Ruthenensem transiisset. Consultius tamen duxi nullo addito nomine de conventu Fratrum Praedicatorum in Gallia meridionali loqui.

Inde a saec. XVIII. inc. facilius historiam codicis enarramus. Eo tempore in Conventu Ruthenensi Ord. Praed. asservabatur. Etenim in Tabulario Ordinis in Ms. XIV. Lib. U., ubi *Memoires Concernants le Conuent de Rodéz en Rouergue de la province de Toulouse de l'ordre des freres prêcheurs, recuillis (sic) et colligéz du commendement du R. dissime Pere Cloche general du dit Ordre, par le R. Pere André de Saintgery, proféz du mesme conuent de Rodéz* nobis traduntur, pag. 54-55 servatum est inventarium codicum manu scriptorum, quae circa annum 1709 in conventu Ruthenensi habebantur¹. Ubi ita legis: *Manuscrits. Les Manuscrits qui sont dans la biblioteque (sic) de nostre Conuent de Rodéz sont, tous les anciens peres dont les ourages sont Escrits en lettres Gottique, et les autres liures qui sont Escrits de lettre commune sont ceux qui suiuent...* (p. 55): *Santorale (sic) Bernardi Guidonis... Ejusdem Chronica fratrum predicat[orum] dicata fratri Aymerico magistro ordinis, ad quem extat epistola, quae est initium librj, in cujus fine sunt statuta ordinis predicat[orum]. — Constitutiones ord[inis] fra[trum] pred[icatorum] et sororum unâ cum plurimis bullis spectantibus ad ordinem, qui liber incipit per bullam Bonifacij VIII papae ad fratres Proficiscentes in terras barbarorum. Li-*

¹ cf. infra appendicem 1.

ber de Casibus conscientiae incerti auctoris. — Nemo non videt hic duos codices Ruthenenses hodie in Tabulario Ordinis asservatos describi. Ex dictis igitur liquet ipsos anno 1709 adhuc in Bibliotheca conventus Ruthenensis exstitisse.

Nullum quidem testimonium indubium prae manibus habemus de tempore, quo noster Codex Ruthenensis Miscellaneus Tabulario ordinis traditus sit. Attamen constare videtur eum simul cum Codice Ruthenensi Bernardi Guidonis Romam missum esse. Etenim uterque codex eadem manu saec. XVIII. in latere interiore primae tabulae tegumenti, quo conglutinati sunt, ita inscribitur: *Ex archivio Ord. Praedic.* Eadem manus paginis utriusque codicis numeros apposuit et inventarium Codicis miscellanei composuit¹. Non dubito, quin haec eo tempore facta sint, quo codices Romam advenerunt; ideoque eos sociatos iter Romanum arripuisse arguo. Feliciter tandem evenit, ut de tempore transmissi Codicis Ruthenensi Bernardi Guidonis testimonium habeamus. Narrat enim Th. M. Mamachi² in praefatione suorum Annalium codicem hunc a Ruthenensibus Dominicanis Magistro Ordinis Antonino Bremondio missum esse. Quod inter annum 1748-1755 factum esse oportet, quo tempore P. Bremond Ordini praefuit. Sed diem vel annum huius donationis determinare eheu nobis non licuit, cum Registra litterarum et actorum pro Provinciis Galliae a P. Bremond datorum deperdita esse videantur nec alia documenta de hac re dicentia usquedum inventa sint.

Postquam Codex Romam venit, nomen novi possessoris tegumento, quem ad modum diximus, inscriptum est. Idem Pater Bremond in chartis codici praefixis indicem contentorum, mancum tamen, adscripsit (cf. fol. B recto et verso), et forsitan, quia spatium sufficiens ibidem non suppeditaret, alium indicem completum confecit, quem inter chartas Archivio nondum insertis feliciter adinveni; cui numerum *XIV A 4 Suppl. 1* his diebus inscripsimus, ut deinceps simul cum codice diligenter servetur³.

Praeter auctores iam adductos vel infra adducendos plurima de codice scripserunt; 1. H. Denifle O. P., in: *Archiv für Litteratur- und Kirchengeschichte des Mittelalters I* (Berlin 1885) 167 ss. et II (1886) 644 in nota. — 2. Pius Mothon O. P. (reticito nomine auctoris) in: *AnalOP II* (1895-96) 620. — 3. Xaverius Faucher O. P. anno 1873 plurima ex hoc

¹ cf. supra pag. 13 nota 3.

² Mamachi xxxiv.

³ Ms. chart. i + 17 + i fol. 265 x 195 mm.

codice transcriptis; P. Mothon vero ex notulis P. Faucher iterum plurima excerpsit. Quae omnia in Tabulario Ordinis Cod. XIV 154 (= Praedicatorium Franciae Ser. E. vol. II) servata sunt. Denique P. Mothon non nulla ex his, quae transcripserat, in AnalOP publici iuris fecit; ad quae lectorem remittemus ¹.

Sed iam describendas partes codicis aggrediamur:

A. PRAEFIXUM I.

1. Fol. Ar-Av: vacant scriptura.

2. Fol. Br-Fr: Index contentorum in hoc volumine, incompletus tamen, quia solummodo fol. 1r-108vb codicis describit; fol. Br-Bv manu saec. XVIII ², reliqua vero manu saec. XIX. ex., i. e. manu P. Vincentii Ligiez O. P. († 1898), tunc temporis tabularii Ordinis custodis, scripta sunt. — Fol. Gv: continuatio indicis manu P. Ligiez.

B. PRAEFIXUM II.

1. Fol. 1r-2v: (= p. 1-4): *BONIFACIUS episcopus s. s. d. Dilectis filiis fratribus Sancio de bolegio, Guillelmo bernardi, Bernardo guille... Immaculata lex domini, uere lucis uenientis in mundum... Datum Laterani iij^o Idus aprilis. p. n. a. quinto. (= 1299 Apr. 10.)*

Ed.: BOP II 58 n. 27 (= Poth. n. 24813); Reg. Bon. VIII. n. 3355.

2. Fol. 3r-5r (= p. 5-9): *In dei filio sibi karissimis Fratri Francioni perusino, vicario fratrum peregrinantium inter gentes, et fratri Guillelmo bernardi ac ceteris fratribus ordinis predicatorum peregrinantibus, Frater BERENGARIUS fratrum eiusdem Ordinis seruus inutilis... Quanto plus exultat spiritus meus in domino... Datum in Montepesulano m^occ^oxij^o xij^o Kalendas Nouembris (= 1312 Oct. 20.)*

Ed.: MOPH V 313-320; Mortier II 496-499.

2. Fol. 5v (= p. 10): Nota P. Ligiez, qua agit de initio scripti inde a fol. 6r subsequentis. Inc.: *Quae hic desiderantur, suppleri possunt ex Cod. 1507 Biblioth. Viennensis. En capitulum, cuius fragmentum habes in principio paginae sequentis. Admonitiones (ad Provinciales. Pro Sororibus O. P.)... Item, quod in perpetuum nullum fiat pactum directe per*

¹ Quaedam de codice scripta habes etiam in QF V 30 s.

² cfr. supra pag. 13 nota 3 et pag. 16.

aliquem... Des.: ... et si datae sunt aliis, auferantur etc. Continuatur hic textus fol. 6r, ubi incipit: ...-antur.

C. PARS I.

1. Fol. 6r-14r (= p. 11-27): Formularium Ordinis Praedicatorum et Opusculum de agendis in Ordine. Textus initio mutilatus sic incipit: ...-antur, ne se diuidant intus; sed de uisitacione se simul expediant... Des.: ... inferior possit absoluere, nisi ille, cui super hoc commiserio plenarie super uices meas specialiter et expresse. Acta sunt hec in conuentu tali, anno tali, die tali.

Videtur esse ineditum. Idem habes in Cod. XIV. 154 tabularii Ordinis, scriptum manu Patris Mothon O. P. (saec. XIX-XX.)

In hac parte hos titulos notavi, quos adiectis primis uerbis capituli transcribo. Fol. 6r: Circa sollempnem celebracionem capituli generalis uel prouincialis in principio ista per ordinem obseruentur. Primo omnium spiritus sanctus... Fol. 6r: In fine capituli tam generalis quam prouincialis sunt ista facienda et obseruanda. Penitencie, que fuerunt suspense, intungantur... Fol. 6v: Quid sit faciendum in elecctione diffinitorum. Primo prelatus dicat « Benedictite »... Fol. 7v: Hec autem et similia poterit prelatus prouidus cogitare et, cum oportuerit, ordinare. Ad hec autem iuxta disposicionem uenerabilis patris nostri fratris himberti... Fol. 8r: De officio diffinitorum. Modo sequitur de officio diffinitorum. Ante omnia autem litteras missas... Fol. 8r: De processu Capituli, Circa processum capituli culpe audiantur priorum... Fol. 8v: Ordinacio, que consueuit seruari in actis capituli generalis. Primo debet poni titulus sub hac forma: « Hec sunt acta capituli... » Fol. 9r: De studio bene ordinando. Que consideranda sunt circa studium et studentes...¹ Fol. 9r: Ordinacio circa studentes in theologia in studijs non generalibus. In ferialibus diebus uenient ad missam...² Fol. 9v: De recepcione nouitiorum. Modus recipiendi nouicios ad ordinem. Postquam examinatores instituit... Fol. 10v: De professionibus. Modus recipiendi ad professionem. Cum quis elapso anno probationis... fol. 10v: Quid in elecctione magistri est faciendum. Instante elecctione magistri intungende sunt oraciones... Fol. 11v: De benediccione itinerantium. Fratres itinerare uolentes ab aliquo sacerdote hoc modo... Fol. 12r: De modo seruando in cursu uisitacionis conuentuum. Quando prior prouincialis uel magister ingressus conuentum... Fol. 13r: Ista sunt, que pertinent ad officium uicarii prouincialis in monasterio sororum ordinis nostri. Primo compositis et rationibus interesse, redditus monasterii penes se conscriptos habere... Fol. 13r: De sentencijs dandis. Sequitur formularium dandae sententiae: « Ego fr. Nicholaus, prior prouincialis fratrum ordinis in tali prouincia, uolens a te fratre N. scire super quibusdam negocijs... » Fol. 13v: De sentencijs. Sequitur formularium: « Cum fr. arnaldus asserat se perdidisse .x. florenos aureos in societate tua, fr. alphonse, dum uos duo essetis soli in una camera in monasterio tali... » Fol. 14r: De sentencijs dandis. Sequitur formularium: « Cum michi fratri

¹ De studio bene ordinando ex nostro codice ed. Douais 674-75.

² Ordinacio...: ibidem 675.

Guillelmo, priori prouinctali fratrum ordinis predicatorum in tali prouincia, denunciatum fuerit pluries et a pluribus personis fide dignis... »

2. Fol. 14r-18v (= p. 27-36): Resolutiones casuum iuris de praedicationibus, de confessionibus, de sepultura et quarta funerali ¹. Inc.: *Questio 1^a. Quid sit locus communis vel platea. Responsio. Platea communis dicitur cimiterium non clausum cum sera et quilibet alius locus, communibus usibus... Des.: ... Responsio. Quod sic, non tamen per iudicem ordinarium, sed per illum, qui secundum statuta et priuilegia ordinis potest corrigere fratres.*

a) Fol. 14r-14v: *Titulus de praedicationibus.* (in Ms. hic titulus habetur post quaestionem 2.). Fol. 14r: Q. 1^a. *Quid sit locus communis vel platea; Q. 1^a. Quid uocatur praedictio sollempnis; Fol. 14v: Q. 1^a. Quis dicitur locorum prelati; Q. 1^a. Vtrum et qualiter debeat constare parochiali sacerdoti de mandato episcopi vel licencia per dyocesim; Q. 1^a. Vtrum episcopi racione istius mandati seu licencie dande de predicando debeant, si uelint, nec aliter acquiescant, examinare fratres; Q. 1^a. Vtrum fratres in sollempnitatibus suis vel funeribus possint predicare in parochijs inuitis sacerdotibus parochialibus; Q. 1^a. Vtrum fratres possint predicare in parochijs absentibus sacerdotibus et irrequisitis ².*

b) Fol. 14v-17r: *Titulus de confessionibus.* Fol. 14v: Q. 1^a. *Vtrum vicarius ministri vel prouinc[ialis] possit eligere presentandos; Q. 1^a. Vtrum presentari debeant fratres in personis proprijs episcopis et prelati uel in absentia eorum; Q. 1^a. Dato, quod in absentia presententur ³ fratres, an presentari debeant per litteras ministrorum; Q. 1^a. Cui debe-*

¹ Absque dubio famosa illa constitutio Bonifacii VIII. *Super Cathedram* (1300 Febr. 18. = Poth. 24913; editiones: Mortier II 363-365, Sbaralea IV 498 n. 179 et saepius. Deest in BOP), causa erat harum resolutionum casuum iuris; ordo resolutionum ipsam bullam sequitur. Insuper semper de quadam constitutione sermo fit, qua uoce Bullam *Super cathedram* intelligimus; etenim fol. 18r ita dicitur: *Et hoc uidetur sonare constitutio in sui exordio, ubi dicitur «tumulandis defunctorum corporibus»,* quod soli bullae *Super cathedram* convenit. Immo forsan nucleus harum resolutionum ante Bullam *Nuper ut* (1300 Maii 26. = BOP II 61 n. 30., Poth. 24958) compositus est. Hac bulla enim prohibetur, ne fratres unquam plus quarta parte pro funeralibus soluant. At in resolutionibus ipsis fol. 18v auctor timet, ne quibusdam in casibus amplius quarta parte a fratribus exigi possit: *Vtrum fratres, etsi per uerba constitutionis ad amplius quarta non possint cogi, a quoquam (si) ad soluendam ipsam quartam cogi possunt ultra id, quod in ipsa constitutione de obligatione conscienciarum fratrum et diuini iudicis examine continetur? Responsio. Quod sic, non tamen per iudicem ordinarium sed per illum, qui secundum statuta et priuilegia ordinis potest corrigere.* Hinc optime explicatur, cur Bulla *Nuper ut* ad instar appendicis fol. 18v-19r addita sit. — De historia privilegiorum mendicantium optime scripsit: B. Mathis O. M. Cap., *Die Privilegien des Franziskanerordens bis zum Konzil von Vienne.* (Diss. Fribourg) Paderborn, F. Schönigh 1927; cf. Mortier II 355-372 421-436.

² Ms.: *irrequisitis*

³ Ms. add.: *a*, quod postea del.

ant presentari fratres sede vacante uel episcopo uel prelato in remotis agente; Fol 15r: Q. va. An electi a ministris examinari debeant a prelati; Q. vja. Ad quid spectat taxatio numeri illorum, qui debent confessiones audire; Q. vija. Vtrum non electus a ministro presentatus prelati¹ et admissus ab eis tamquam electus habeat auctoritatem virtute constitutionis; Q. viija. Vtrum admissi et licentiatii a prelati absoluant auctoritate eorundem uel domni pape; Q. ixa. Quam potestatem habent admissi a prelati in foro penitencie; Q. xa. Vtrum absolueri possint a sententijs excommunicationis aliquibus et uota conmutare² uel in uotis aliquibus dispensare.

Fol. 15r-16r adduntur his quaestionibus sex dubia de re confessionis, specialiter, quo modo fratres se habeant, cum aliquis casus de delegatione ad confessiones sit dirimendus et a quibus iuris peritis consilium tunc petendum sit.

Fol. 16r-17r: Sequitur titulus de confessionibus. Fol. 16r: [Q. xj.] Vtrum prelati possint omnes refutare presentatos; [Q. xij.] Vtrum semel admissum possint postea repellere; [Q. xij.] Vtrum frater mutatus in eadem dyocesi ad alium conuentum possit idem, quod in alio poterat admissus a prelato; [Q. xiv.] Vtrum semel admissus unius dyocesis translatus ad aliam dyocesim ad manendum, rediens ad primam dyocesim, ut forensis uel ad manendum, audire possit ibidem auctoritate primo sibi concessa; [Q. xv.] Vtrum fratres, qui in casu, quem ponit constituto, habentes ut refutati auctoritate apostolica potestatem parochialium sacerdotum, translati ad aliam dyocesim possint redeuntes ad primam dyocesim, ut forenses uel causa manendi, ut auctoritate predicta absque noua presentatione; [Q. xvj.] Vtrum fratres, qui in casu predicto habent eandem potestatem, quam habent parochiales sacerdotes a iure, possint absolueri in casibus, qui a consuetudine uel speciali retentione a prelati reseruantur. — Fol. 16v: Q. xviija. Vtrum frater unus possit diuersis episcopis pro eodem tempore presentari ad hoc, quod in diuersis ciuitatibus et dyocesibus audire possit confessiones, cum uenerit ad dictas ciuitates uel dyoces; Q. xviiija. Vtrum in presentandis requiratur electio noua uel sufficit electio facta, quando fuit eis data auctoritas audiendi confessiones; Q. xixja. Vtrum prelatus admittendo fratres dans eis potestatem minorem, quam habeant sacerdotes parochiales, uel dans eis super honerosa communi³ conditione, quod teneantur omnia⁴ iterum confiteri seu sub alia conditione uel modo, artando uidelicet, quantum ad tempus et locum⁵ nec aliter uelit dare, debeat dici non admittens uel recusans, ut per hoc possint audire confessiones; Q. xxja. Dato, quod prelati dicant, quando presentantur fratres « Sufficiunt michi clerici et alij religiosi quo ad presens » nec plus exprimat seu concedere uelit uel negare, utrum fratres tunc tamquam recusati aliquid possint. — Fol. 17r: Q. xxija. Vtrum ministri possint presentare episcopis, habentibus fratres in sua dyocesi, fratres de conuentu alio, qui non est de sua dyocesi, habentes tamen terminos in sua dyocesi.

c) Fol. 17r-18v: De iijja parte. (ita in margine; item add. in margine quaedam manus saec. XVIII. inc.: De sepultura et quarta funerali). — Fol. 17r: Q. ja. Vtrum corpora

¹ Ms.: prelatus

² Ms.: conmutare

³ communi, ita in marg.; Ms.: quasi

⁴ Omnia] Ms.: Oto uel oa (?)

⁵ Ms.: loco

eorum, qui apud nos eligunt sepeliri, debeant de necessitate iuris ad ecclesias suas parochiales deportari, ubi sic fuit hactenus consuetum; Q. ija. Vtrum fratres teneantur dare quartam de elemosinis uel legatis funerum, que apud eos non sepeliuntur; Q. iija. Vtrum teneantur fratres dare quartam de funeralibus funerum, que apud eos sepeliuntur, quando habuerunt missam et luminare speciale in sua parochia; Q. iua. Vtrum fratres teneantur dare quartam de estibilibus et potabilibus in sua specie, que eis occasione funerum transmittuntur. Deest responsio ad istam quaestionem. Q. va. Vtrum fratres teneantur dare quartam de hijs, que in die vija. xxxa. anniuersaria uel similibus dantur eis pro funeribus apud eos sepultis; Q. via. Vtrum fratres tenentur dare quartam de legatis factis personis singularibus. — Fol. 17v: Q. vija. Vtrum fratres teneantur dare quartam de legato peccuniario eis facto cum clausulis « peccunia non transeat in dominium proprie », eo quod fratres non sunt capaces peccunie; Q. viija. Vtrum et quibus debeat dari quarta pars de funeralibus principum magnorum uel legatis eorum et prelatorum apud fratres sepultorum; Q. ixa. Vtrum et quibus debeat dari quarta de funeralibus mercatorum, militum et¹ aliorum, qui sunt uagabundi nec tenent domicilium in locis, in quibus decedunt, sed in alijs partibus uel episcopatibus; Q. xa. Vtrum debeat dari² quarta de hijs, que executores testamentorum dant fratribus ultra legatum speciale a testatore eis relictum, de bonis residuis testatoris³ apud fratres sepulti; Q. xja. Vtrum et quibus debeat dari quarta pars de funeralibus episcoporum apud fratres sepultorum; Q. xija. Vtrum debeat dari quarta de paramentis, uestimentis, localibus capelle, reliquijs, uasis, in quibus reliquie reconduntur; Q. xiija. Vtrum conuenciones uel speciales pactiones facte super sepulturis ab aliquibus conuentibus fratrum cum aliquibus religiosis uel secularibus clericis per hanc ordinationem sint reuocate⁴; Q. xiiia. Vtrum fratres, apud quos sepultum est cor uel intestina, debeant dare quartam de illis, que propter hoc obuenerunt⁵, uel illi tantum, apud quos sepultum est corpus ipsum. — Fol. 18r: Q. xva. Vtrum fratres teneantur dare quartam de hijs, que dantur ab infirmis, qui diu et quasi continue et prolixè languent uel infirmantur, maxime quando ante constitutionem consueuerunt dare elemosinas fratribus annis singulis uel frequenter; Q. xviia. Dato quod testator ponat in dispositione alicuius peccuniam dandam pijs locis, nichil exprimens de fratribus nec⁶ in fraudem constitutionis hoc faciens, utrum fratres, si de tali peccunia detur eis aliquid, debeant dare quartam; Q. [xviija.] Vtrum fratres debeant dare quartam de legato facto eis sub conditione tali, quod nullo modo detur quarta⁷ parochi[alibus] sacerdotibus, cum fratres hoc⁸ non procurauerunt in fraudem; Q. [xviija.] Vtrum fratres debeant dare quartam de legato facto eis pro capella uel infirmaria factenda, non alibi expendendo; [Q. xixa.] Vtrum fratres requirentibus consilium melius pro salute anime

¹ Ms. bis ponit et

² Ms. add. de, sed postea del.

³ Ms.: testatorum.

⁴ responsum in marg. apponitur.

⁵ Ms. euenerunt, sed postea del.; perperam in ms. haec uerba adduntur; uel illi tantum, apud quos sepultum est cor uel intestina, debeant dare quartam de illis, que propter hoc obuenerunt.

⁶ nec in margine; in textu nichil.

⁷ quarta in margine

⁸ post hoc ms. add. proc sed postea del.

sue, scilicet de dando fratribus uel alijs elemosinam dictantibus ¹ sibi consciencijs, quod non [faciunt] in fraudem constitutionis sed habendo fideliter oculum ad melius anime sue, cui consulunt, possint consulere de modo aliquo, per quem quartam non ² habeant sacerdotes. — Fol. 18v: Q. xx^a. Vtrum de dato fratribus pro soluendo eorum debito uel, si quis remittat sibi debitum a fratribus, debeat dari quarta pars, seu ectam si pro ampliatione loci fratrum detur area uel domus ³, quam alias fratres non haberent, unde emere possent; Q. xxj^a. Vtrum fratres, etsi per uerba constitutionis ad amplius quarta non possint cogi, a quoquam ⁴ ad soluendam ipsam quartam cogi possunt ultra id, quod in ipsa constitutione de obligatione conscienciarum fratrum et diuini iudicis examine continetur.

3. Fol. 18v-19r (= p. 36-37): *BONIFACIUS e. s. s. d. dilectis filijs magistro et fratribus ordinis predicatorum... Nuper, ut discordie materia tolletur... Datum anagnie vij.^o kal. Junij p.n. a. vj.^o (= 1300 Maii 27).*

Ed.: BOP II 61 n. 30 (= Potth. n. 24958); Reg. Bon. VIII. n. 3596.

4. Fol. 19r-20r (= p. 37-39): [*BONIFACIUS e. s. s. d.*] *Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ac dilectis filijs electis abbatibus... Etsi de statu regni cuiuslibet.^o Des.: ... Nulli ergo etc. Deest datum (= Apud Urbem veterem ij. kal. augusti anno tertio = 1297 Jul. 31.)*

Ed.: Reg. Bon. VIII. n. 2354. (= Potth. n. 24549).

5. Fol. 20r-22r (= p. 39-43). *Isti sunt casus sententiarum suspensionis et interdicti latorum a canone sexti libri decretalium domni pape bonifacii viij. et aliqua de irregularitate. Inc.: Quia sepe contigit, quod cathedralibus et regularibus ac collegiatis ecclesijs uacantibus... Des.: ... sufficere debeat, ut tempore interdicti modo premisso diebus celebrent supradictis.*

Videtur esse ineditum.

Tituli singulorum casuum in fine cuiuslibet casus apponuntur; quos hic transcribo simul cum citationibus locorum decretalium, e quibus solutiones excerptae sunt. — Fol. 20r-20v: *De temporibus ordinandorum. E[odem] t[itulo] c[apitulo] « Quia sepe » (= Sexti decr. l. 9, 1 ed. Friedberg II 975); e. t. c. « Prouidit » (= ita Ms., attamen perperam; re vera agitur de capite « Nullus episcopus » ibid. I. 9, 4 ed. F. II 976). — Fol. 20v: *De officio delegati cap. ultimo « Aut ⁵ autem » (= ibid. I. 14, 15 ed. F. II 983). — Fol. 20v-21r:**

¹ *dictantibus* in margine; in textu *dicantibus*.

² *non* in marg.; in textu *si*, quod postea del.

³ *domus* in marg.: om. in textu.

⁴ Ms. add. *si*

⁵ rectius legendum: *Ut*

De officio ordinarij cap. ultimo (= ibid. I. 16,9 ed. F. II 989). — Fol. 21r: *De sepulturis cap. « Uel ¹ a[n]imarum »* (= ibid. III. 12,1 ed. F. II 1045; additur sine titulo pars capituli III. 12,2 ed. F. II 1046 s.); « *Ne clerici uel monachi neg[oc]iis se* » cap. ultimo (= ibid. III. 24,3 ed. F. II 1066); *De homicidio c. ij.* (= ibid. V. 4,3 ed. F. II 1080 s.); e. t. c. ultimo (= ibid. V. 4,3 ed. F. II 1081). — Fol. 21r-21v: *De prouilegijs cap. « Episcoporum »* (= ibid. V. 7,8 ed. F. II 1087 s.). — Fol. 21v: *De penis cap. ultimo* (= ibid. V. 9, 5 ed. F. II 1091 s.); *De sententia excommunicacionis « Si sententia »* (= ibid. V. 11,16 ed. F. II 1104); E. t. c. « *Si cuttas* » (= ibid. V. 11,17 ed. F. II 1104); e. t. c. « *Is qui* » (= ibid. V. 11,18 ed. F. II 1104); e. t. c. « *Quoniam* » (= ibid. V. 11,19 ed. F. II 1104 s.). — Fol. 21v-22r: e. t. c. « *Is cui* » (= ibid. V. 11,20 ed. F. II 1104 s.). — Fol. 22r: e. t. c. ultimo (hunc titulum habes fol. 22v. = ibid. V. 11,24 ed. F. II 1106).

6. Fol. 22v-24r (= p. 44-47): *Hij sunt casus sententiarum excommunicacionis maioris* (add. altera manus saec. XIV.: *latarum*) *a canone sexti libri decretalis domni pape bonefacij viij.* Inc.: *Hij, quos ad dirigendas in ipsis electionibus moniales deinceps contigerit euocari...* Des.: ... *sibi sub secreto ab inquisitore uel episcopo commissa.*

Videtur esse ineditum.

Tituli excerptorum sexti Decretalis Bonifacii VIII. in fine casus apponuntur; hii sunt: Fol. 22v: [*De electione*] 6. e. t. c. « *Indempnitatibus* » (= Sexti decr. I. 6,43 § 4 ed. F. II 969); *De officio delegati cap. ultimo « Sibi pars uero »* (Hic titulus indicat initium alicuius partis capituli « *Hac constitucione* »; vocem *sibi* om. Friedberg. = ibid. I. 14,15 ed. F. II 983); *De iudicijs cap. « Mulieres »* (= ibid. II. 1,2 ed. F. II 995); *De censibus cap. « Quamquam »* (= ibid. III. 20,4 ed. F. II 1058) — Fol. 22v-23r: *De immunitate ecclesiarum et clericis* (= ibid. III. 23,3 § 1 et 2 ed. F. II 1063); C. e. t. c. « *Quoniam* » (= ibid. III. 23,4 ed. F. II 1063 s.); — Fol. 23v: C. e. t. c. ultimo (= ibid. III. 23,5 ed. F. II 1064); *De clericis uel monachis treg. secularis ² se immisce[ant] cap. ij. « Ut periculosa »* (= ibid. III. 24,2 ed. F. II 1065); *De penis cap. ultimo* (= ibid. V. 9,5 ed. F. II 1091 s.); *De sententia excommunicacionis cap. « Licet »* (= ibid. V. 11,14 ed. F. II 1103); E. t. c. « *Si clericos* » (= ibid. V. 11,15 ed. F. II 1103). — Fol. 23v-24r: e. t. c. « *Religioso* » (= ibid. V. 11,21 ed. F. II 1105). — Fol. 24r: e. t. c. « *Eos qui* » (= ibid. V. 11,22 ed. F. II 1105); e. t. c. « *Cum quis* » (= ibid. V. 11,23 ed. F. II 1105); *De scismaticis cap. vnico* (= ibid. V. 3 ed. F. II 1079); *De hereticis cap. « Ut inquisitionis »* (= ibid. V. 2,18 ed. F. II 1077); e. t. c. ultimo (= ibid. V. 2,20 ed. F. II 1078; excerptum sensum et non verba refert).

¹ Uel delendum est.

² ita Ms.; rectius legendum est: *De clericis uel monachis, ne in negociis secularibus se immisceant.*

7. Fol. 24v-27v (= p. 48-54): Excerpta decretalium Bonifacii VIII., quibus varia Ordinum mendicantium privilegia abrogavit. *Hec sunt que (que add. altera manus saec. XIV) dominus papa bonifacius viij^{us} contra religiones mendicantium de nouo in vj^o decretalium ordinavit specialiter uel communiter, directe uel indirecte.* Inc.: *Statuimus, ut nulli religioso predicatorum aut minorum, heremitarum sancti augustini aut quorumlibet mendicantium . . . Des.: . . . quam ex secreti uiolacione ipso facto incurrant, si eis expedire uide[bitur].* Ita textus incompletus desinit; primitus ad unum alterumve folium, imo forsan ad sexternionem se extendebat. Post vocem *uide-* lector per reclamantem *-bitur* reuera ad subsequencia remittitur.

Videtur esse ineditum.

Tituli casuum hi sunt: Fol. 24v: *De eleccione cap. « Quorumdam »* (= Sexti decr. I. 6,24 ed. F. II 961 s.); e. t. c. « *St religtosus* » in princpio (= ibid. I. 6,27 ed. F. II 962); e. c. « *St religtosus* » (= ibid. I. c.); e. t. c. « *Nullus* » (= ibid. I. 6,28 ed. F. II 963); e. t. c. « *Ex eo* » (= ibid. I. 6,32 ed. F. II 964); *De tempore ordinandorum cap. « Nullus »* (= ibid. I. 9,3 ed. F. II 975 s.; citatur ad sensum). — Fol. 24v-25r: *De officio delegati cap. ultimo* (= ibid. I. 14,15 ed. F. II 982 s.). — Fol. 25r: *De officio legati cap. ultimo* (= ibid. I. c.); *De penis cap. ultimo* ¹ (= ibid. I. 18,3 ed. F. II 990 s.); *De testamentis cap. ultimo* (= ibid. III. 11,2 ed. F. II 1045). — Fol. 25r-25v: *De sepultura cap. primo* (= ibid. III. 12,1 ed. F. II 1045 s.). — Fol. 25v: *De sepulturis cap. ij c[irca] ultimum* (= ibid. III. 12,2 § 1 ed. F. II 1046 s.); *De sepulturis cap. iij.* (= ibid. III. 12, 4 ed. F. II 1047); *De sepulturis cap. ultimo* (= ibid. III. 12,5 ed. F. II 1047 s.); *De regularibus et transeuntibus ad religionem cap. « Beneficium »* (= ibid. III. 14,4 ed. F. II 1052); e. t. c. « *Qui post* » (= ibid. III. 14,5 ed. F. II 1052); *De uoto et uoti redemptione cap. unico* (ibid. III. 15 ed. F. II 1053). — Fol. 25v-26r: *De consecracione ecclesie uel altarium cap. unico* (= ibid. III. 21 ed. F. II 1059). — Fol. 26r: *De reliquijs et ueneracione sanctorum cap. unico* (= ibid. III. 22 ed. F. II. 1060); *De postulacione cap. unico* (= ibid. I. 5 ed. F. II. 945); *De excessibus prelatorum cap. unico* (= ibid. V. 6 ed. F. II 1082). — Fol. 26r-26v: *De priuilegijs cap. « Cum persone »* (= ibid. V. 7,7 ed. F. II 1087). — Fol. 26v: e. t. c. « *Licet* » (= ibid. V. 7,11 ed. F. II 1089); *De penitentijs et remissionibus cap. iij. rectius: cap. ij.* = ibid. V. 10,2 ed. F. II 1093); *De hereticis cap. « Ut commissi »* ² (= ibid. V. 2,12 ed. F. II 1075); — Fol. 26v-27r: e. t. c. « *De christtlanis* » ³ (= ibid. V. 2,13 ed. F. II 1075). — Fol. 27r: e. t. c. « *Decretalis* » ⁴ (= ibid. V. 2,14 ed. F. II 1075. Citatur ad sensum); *Capitulo « Statutum »* (= ibid. V. 2,15 ed. F. II 1075 s.); « *Inquisitor* » ⁵ (= ibid. V. 2,16 ed. F. II 1076); *Capitulum « Super hoc »* ⁶

¹ rectius legendum: *De pactis cap. ultimo.*

² *Commissi*, ita recte corr. antiqua manus loco *premissi*.

³ rectius legendum: *Contra christtlanos.*

⁴ rectius legendum: *Decreuit.*

⁵ rectius legendum: *Inquisitores.*

⁶ rectius legendum: *Per hoc.*

(= ibid. V. 2,17 ed. F. II 1076). — Fol. 27r-27v: *Capitulum « Ut inquisicionis »*¹
 (= ibid. V. 2,18 ed. F. II 1076 s.). — Fol. 27v: « *Cum secundum* » (= ibid. V. 2,19
 ed. F. II 1077); omisso titulo citatur cap. « *Statuta* » (= ibid. V. 2,20 ed. F. II 1078),
 in quo textus incompletus desinit.

D. PARS II.

1. Fol. 28r-47r (= p. 55-93): *Constitutiones antike ordinis fratrum predicatorum. Iste sunt constitutiones prime ordinis fratrum pred[icatorum], que erant tempore magistri Jordanis, beati Dominici immediate successoris, ex quibus formavit et ordinavit constitutiones alias, que nunc habentur, frater Raymundus de penna forti, magister ordinis tercius*².
 Inc. praeformatio: *Anno ab incarnatione domini m^occ^oxx^ovii^o Conuenerunt parisius in domo sancti Jacobi .xij. priores prouinciales . . .* Inc. prologus fol. 28v: *Incipiunt consuetudines fratrum predicatorum. Incipit prologus. Quoniam ex precepto regule iubemur habere cor unum et animam unam in domino...* Sequitur prologus et tabula. Inc. textus fol. 29r: *De matutinis. Audito primo signo surgant fratres . . .* Des.: *... Ita, quod nulli liceat de cetero aliquid innouare.*

Ed.: H. Denifle, *Archiv* 1 193-227; *AnalOP* 2 (1895-96) 621-648. — P. Mothon O. P. textum propria manu exscripsit; cuius copia exstat in tabulario Ordinis Cod. XIV. 154, (saec. XIX-XX).

2. Fol. 47v-48v: vacant scriptura. De foliis hic excisis cf. supra p. 6.

E. PARS III.

1. Fol. 49r-57v (= p. 97-114): *Incipiunt co[n]stitutiones Sororum ordinis fratrum Predicatorum.* Inc. prologus: *Quoniam ex precepto regule iubentur sorores habere cor unum et animam unam in deum*

¹ rectius legendum: *Ut inquisiti*.

² Minutam huius rubricae habes in margine inferiore.

(sic). . . Fol. 49r : *Sequuntur distinctiones Capitulorum, qui (sic) infra continentur. De officio ecclesie. i.; De inclinacionibus. ii.; . . . Inc. textus fol. 49v : De officio ecclesie. Primum Capitulum. Audito primo signo surgant sorores cum matura festinatione. . . Des.: . . . Nulli eciam libellus iste tradatur ad transcribendum uel uidendum sine licencia magistri uel prioris prouincialis.*

Ed. : AnalOP 3 (1897-98) 338-348.

2. Fol. 58r-59v (= p. 115-118) : *Sequuntur tres appendices huius partis. Appendices b et c eadem manu scriptae sunt.*

a) Fol. 58r-58v (= p. 115-116) : *Ordinatio capituli prouincialis Narbonae anno 1280 celebrati. Inc. : Cum circa custodiam innocentie atque fame magna nobis sit Sollicitudo et diligencia adhibenda . . . Des. : . . . Hoc consilium habitum est in narbona post Capitulum prouinciale ibi celebratum, Anno domini mcc^olxxx^o ¹ presentibus adhuc ibi omnibus prioribus et multis lectoribus et predicatoribus generalibus satis multis. In cuius rei testimonium Prior montispess[ulanus] et frater Bereng[arius], notarij, magister Frater Bertrandus de castro nouo et frater R. de medullione, qui in Capitulo diffinitores fuerant, et priores Tholosanus et Narbon[ensis] Sigilla sua de aliorum uoluntate et assensu presentibus litteris appenderunt.*

Ed. : Douais 243-245.

b) Fol. 59r (= p. 117) : *CLEMENS e. s. s. d. Dilecto filio Magistro ordinis predicatorum . . . Ab³⁶ exordio nascentis ecclesie . . . Datum in prioratu de grausello prope Malausanam Vasionensis dyocesis non. Julij p. n. a. Octauo (= 1313 Jul. 7.)*

Ed. : Reg. Clem. V. n. 9484. — Deest in BOP.

c) Fol. 59r-59v (= p. 117-118) : *CLEMENS e. s. s. d. Dilecto filio Magistro ordinis predicatorum . . . Sacra theologie sciencia, que inter alias specialiter ad robur orthodoxe fidei . . . Datum in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionensis dyocesis Nonis Julij p. n. a. Octauo (= 1313 Jul. 7.)*

Ed. : Reg. Clem. V. n. 9389. — Deest in BOP.

¹ Ita corrigit antiqua manus loco mcccc^olxxx^o (sic)

E. PARS IV.

I. Fol. 60r-65v (= p. 119-130): *Constitutiones sororum sub regula S. Augustini viventium. [H]anc constitutionem gloriosissimus imperator Ludovicus ob salutem animarum sanctimonialium canonicè de-gencium edidit atque communi voto ac consensu ipsarum accedente ipsis tradidit obseruanda[m]. Actum in palacio aquis grani Anno domini dccc^oxvj^o Indiccionè x^a, Imperij uero eiusdem principis anno tercio. Incipit textus: Quales in monasterijs puellaribus debeant esse Abbatisse. [T]ales abbatisse regendarum animarum curam suscipere debent... Des.:... Juxta illud: « Si ego dominus et magister laui uobis pedes, quanto magis uos debetis alter alterius lauare pedes ».*

Ed.: ML 105, 959-972; Mansi XIV 266-277. — cf. Heimbucher I^a 455s.; Hauck II^a 585-587.

II. Fol. 65r-85v (= p. 130-170) *Acta et opera P. HERMANNI DE MINDA O. P., Provincialis Provinciae Teutoniae*¹.

1. Fol. 65v-68r (= p. 130-135): *Hee sunt admoniciones prioris prouincialis fratrum predicatorum per Theutonium, quas tradidit sororibus ipsius ordinis obseruandas. Inc.: De pace. [Q]uia uiro euangelico domum intranti quamlibet primum conuenit dicere « Pax huic domui » ... Des.:... uolo, quod sorores a tali obligacione et debitis abstineant nec tales prouentus ad uitam quorumlibet hominum concedantur. — Fol. 68r-68v (= p. 135-136): tabula capitulorum huius operis.*

Videtur esse ineditum. — cf. Ritzinger doc. 46.

Tabulam capitulorum hic transcribo simul addens foliorum numerum, in quibus singula capitula inveniuntur. Fol. 65v: *De pace* — Fol. 66r: *De reuerencia ad prelatas. De numero rect*

¹ Praefuit Provinciae Teutoniae 1286-90. De Hermanno scribunt: QF I 14 24 27 IV 30 s. XIX 176 XXIV 26 nota et saepius XXVII 87 s. 99 s.; Quéatif-Echard I 434; Finke 22-43; Denifle, Archiv II 644; L. Sutter, Die Dominikanerklöster auf dem Gebiete der heutigen deutschen Schweiz. Luzern, Räber 1893. 519 ss; G. Löhr O. P., „Drei Briefe Hermanns von Minden O. P. über die Seelsorge und die Leitung der deutschen Dominikanerinnenklöster. Römische Quartalschrift 33 (1925) 159-167; K. Bihlmeyer, in: Lexikon für Theologie und Kirche IV 985. — Egregie de Hermanno scribit Ritzinger, qui documenta eum attinentia ex nostro codice publici iuris faciet. Cum opus eius prae manibus habuerim — de quo auctori ex corde gratias ago — iam saepius lectorem ad ipsum remisi.

piendarum. Quod non fiant expense in Curtijs Sororum. De Scrutinio pro receptendis. — Fol. 66v: De loco indulcionis. De introitu medicorum. De Mituacione. De loco debilitum, ubi comedant et de silencio in Mensa. De Consiliarijs. De Soluenda Penitencia. De portis et Rotis. — Fol. 67r: De institutione Suppriorisse. De egredientibus Clastrum. De vitando fenestram in die communions. De redditibus specialibus. — Fol. 67v: De infirmis. De habitu conuersorum et cibo et cauenda proprietate. De cistis non habendis et hijs, que perduntur furtim. — Fol. 68r: De mutuo non contrahendo sub obtentu interdicti. De non distrahendis rebus immobilibus. De precarijs. ¹

2. Fol. 68v-69r (= p. 136-137): *Frater HER[MANNUS]*, prior et seruus fratrum ordinis predicatorum per theuthoniam, omnibus prioribus et fratribus uices ipsius seu curam super conuentus sororum ordinis gerentibus. . . Quia me in partibus remotioribus existente. . . Des.: . . .constitui mereamini super multa. Valet. Datum in Basilea in die philippi et iacobi apostolorum (= 1287 Maii 1.; ita Finke 28 nota).

Ed.: Denifle, Archiv II 649-651. — cf. Ritzinger doc. 43.

3. Fol. 69r-69v (= p. 137-138): [*Karissj*]mis in christo fratribus L., suppriori, Emmundo et Arnol'do de sanctis, ordinis fratrum predicatorum in argentina, Frater H[ERMANNUS] prior et seruus fratrum eiusdem ordinis per Theutonium. . . Quod uobis diuisim curam claustrorum commisi. . . Des.: . . .quibus simul, si potestis commode, tenemini interesse. Dies non ascribitur.

Ed.: Denifle, Archiv II 651-652. — cf. Ritzinger doc. 44.

4. Fol. 69v-70r (= p. 138-139): [*F*]rater HERMANNUS, uicarius, priori Columbarien[sij] . . . Ad reformandum pacem inter fratres et sorores uobis commissas. . . Des.: . . .uel fiat cancellatura ferrea ita stricta, ut littere, tabule et huiusmodi per eam non possint recipi nec preberi. Dies non ascribitur.

Videtur esse ineditum. — cf. Ritzinger doc. 42.

5. Fol. 70r-74v (= p. 139-148): *Hee sunt admoniciones N.* (?; potius legendum: HERMANNI), prioris prouincialis fratrum ordinis predicatorum per theuth[oniam] pro sororibus sue prouincie. Inc.: *Hic incipiunt admoniciones. [C]onstitutiones secundum ordinacionem uenerabilis patris magistri ² ordinis correctas habeant, que frequenter legantur . . .* Des.:

¹ In transcriptione titulorum secutus sum rubricas textus, quae a tabula sola orthographia verborum differunt.

² Ms.: magistri patris.

...Portarum numerus et fenestrarum ac rotarum non sit largior [apertura]¹, quam in constitutionibus est taxatum.

Videtur esse ineditum. — cf. Ritzinger doc. 45.

Tituli capitulorum hi sunt: Fol. 70r-70v: Considerationes introductoriae, in specie de regula S. Augustini. — Fol. 70v: De officio diutno. — Fol. 71r: De Suffragijs mortuorum. De Cibo. — Fol. 71v: De infirmis, Debilibus et Minutis. De Lectis et Vestitu. De communitate rerum. — Fol. 72r: De communione et fratribus euocandis. De silentio et de Fenestris. — Fol. 72v: De receptendis et nouctijs et conuersis et familia et Cappellanis. — Fol. 73r: De Capitulo tenendo. — Fol. 73v: De priorisse eleccione et officio Suppriorisse et Consiliarijs. De Officiatis. — Fol. 74r: De labore manuum. De ingressu domorum et Edificijs.

6. Fol. 74v-77v (= p. 148-154): HERMANNUS DE MINDA O. P., Tractatus de interdicto ecclesiastico. Inc. prologus: *Incipit tractatus de interdicto ecclesiastico. Ad dirigendum simpliciores in noticiam interdicti, que aput multos est modica et incerta...* Des. prologus.:... *hoc minutum. Actum Anno domini m^occ^olxx^o.* — Fol. 74v: Tabula operis. Inc.: *[V]idendum est: Quid sit interdictum...* Des. tabula: ... *De confirmatione eiusdem.* — Fol. 74v: Incipit textus. *Quid sit interdictum. Interdictum est censura ecclesiastica in penam contumacie uel offense lata, arcens precipue populum, ne communicet sacramentis...* Des.: ... *Vbi dicitur, quod maiores non relaxent sententias interdicti ab inferioribus latus ipsis omissis, nisi aliud obtineat consuetudo.*

Videtur esse ineditum. — cf. H. Finke, in: Zeitschr. f. vaterländische Geschichte und Alterthumskunde (Westphalens) 45,1 (1887) 120-124, ubi p. 123s. ex hoc codice eduntur prologus et tabula; errat tamen Finke 122 asserens tractatum nostrum non ultra pag. 151 (= fol. 76r) extendi. — cf. Ritzinger doc. 47.

7. Fol. 78r-78v (= p. 155-156): (NB. fol. 77v habetur titulus ad ea, que inde usque ad fol. 85v sequuntur: *Notabilia*). HERMANNUS DE MINDA O. P., Quaestiones de diversis censuris ecclesiasticis, quae videntur esse supplementum operis praecedentis². Inc: *[I]n summa nota, quod cum mandatur alicui, quod tales per censuram ecclesiasticam compellat uel compescat, nomine censure ecclesiastice*

¹ apertura add. editor.

² Ritzinger has Quaestiones cum tractatu *De interdicto* unit. — Finke, Zeitschrift für: vaterländische Geschichte und Alterthumskunde (Westphalens) 45,1 (1887) 123 ita scribit: « Die (auf den Traktat *De interdicto*) folgenden Notizen können wohl mit der Schrift zusammengebracht werden, brauchen aber nicht notwendig mit ihr ein ganzes zu sein ». Et re vera

intelligitur excommunicatio, suspensio, interdictum... Des.: ... Sed si uendit terram interdictam, quamuis transeat dominium, inheret tamen onus sententiae loco uel loci populo donec relaxetur.

Videtur esse ineditum. — cf. Ritzinger doc. 47.

8. Fol. 78v-83r (= p. 156-165) HERMANNUS DE MINDA O. P., De criminum inquisitionibus. Inc.: *Item aliud [notabile]. [A] me uestra fraternitas requisiiuit, quid faciendum sit de occultis, que dicuntur aliqui commisisse, sed probacio non habetur. Profecto, ut uerbis patris utar... Des.: ... tantos enim ibi fluctus uidebat, ut eis nollet committere nisi uirum, qui et in regendo pene diuine scrupulos deuitaret et, si omnia eciam defecissent, ipse illis fluctibus scopulus fieret.*

Videtur esse ineditum ¹. — cf. Ritzinger doc. 49.

9. Fol. 83r-85v (= p. 165-170): HERMANNUS DE MINDA O. P., Quaestio de immunitate sororum ². Inc.: *Item aliud [notabile]. [Q]uia frequens questio circumstrepit, utrum sorores ordini fratrum predicatorum a sede apostolica commisse teneantur ad prestationem procuracionum legatis et nuncijs sedis eiusdem, maxime cum ipsi fratres predicatorum priuilegium habeant de non dando procuraciones, in quo communi-*

inde a uerbis « *In summa nota* » tota tractandi methodus mutatur; insuper apponitur titulus « *Notabilia* », quae inscriptio opus a praecedenti distinctum indicare uidetur, quem ad modum fol. 78v opus *De criminum inquisitionibus* uerbis *Item aliud [notabile]* introducitur. Quibus uisus has quaestiones a tractatu *De interdicto* seiunxi, quin negam eas cum opere praemisso connecti. Titulum, quem apposui, solius argumenti causa eligendum opinatus sum.

¹ Opus Hermanni de Minda O. P., *De criminum inquisitionibus* doctis uiris nondum innotuit; Finke 24 refert se textum huius operis nec manu scriptum nec typis impressum adinuenisse. Attamen indicis a Finke datis certior factus sum hoc opus reuera in codice nostro contineri. Animadvertit enim Finke 25 (in nota), se in Codice 519 Bibliothecae Paulinae Monasterii in Westphalia duas citationes ex hoc libello Hermanni detexisse, nimirum fol. 5v initium operis (*A me sinceritas — alias: fraternitas — uestra requisiiuit...*) et fol. 17v excerptum operis huius tenoris: (in § ultima) ... *Si quis habet contra se testimonium, ut unus dicat de tactu...* Exinde facillimum erat opus Hermanni in codice nostro detegere; etenim haec duo re uera fol. 78v et 82v Codicis Ruthenensis continentur. Cum ita sit, mirandum est cl. Dominum Finke infortunio quodam hoc opus non detexisse, quamuis codicem nostrum prae manibus habuerit! — Ritzinger iam ab annis opus nostrum in codice adinuenit; num iisdem argumentis suffultus hoc fecerit, penitus ignoro.

² Hunc titulum Ritzinger operi apponit; et quidem sat congrue. — Non est dubitandum, quin Hermannus hoc opusculum scripserit; etenim opus eius sequitur, et argumenti est, quod tempore Hermanni quam maxime agitabatur.

cant dicte sorores eisdem, sicut patet infra. Quam tractandam pro ingenij modulo acceptauit. . . Des.: . . . Responsio. Ergo ad accionem iniuriarum tenebimini. Extra. de sen[tencia] excom[municacionis] « Sacro » (= Decr. Greg. IX. V. 39,48 ed. F. II 909 s.); et similiter crimine falsi et concussionis et sentencie contra priuilegia nostra late ipso facto sunt irritae et inanes et etiam tales secundum leges sine appellacione rescinduntur. C. E. (= legendum: e. c. id est eodem capitulo) in rubro et nigro (= ibid. l. c.)

Videtur esse ineditum. — cf. Ritzinger doc. 48.

III. Fol. 85v-86r (= p. 170-171): S. THOMAS DE AQUINO, Opusculum de secreto. *Questiones, que secuntur fuerunt propositae in Capitulo generali parisiis celebrato Anno domini m^occ^o (add. manus saec. XIX.: lxxix; item in margine notat manus saec. XVIII.: an. 1269). Inc.: [C]oram magistro ordinis fratrum predicatorum et diffinitoribus, inter quos fuerunt 7 lectores et unus magister. Item coram magistris simul congregatis scilicet fratre thoma de aquino, fratre bonohomine, fratre petro de tharatasia (sic), fratre bartholomeo, fratre Gandamo, fratre Gabeto; qui omnes una uoce responderunt ut infra. Sequitur. Prima questio fuit talis: Esto, quod unus frater accusat alium. . . Des.: . . . Responsio. Dicit frater thomas, quod potest prelati precipere in genere sic: « Precipio, ut qui hoc fecit uel scit, dicat » et ille, qui scit uel fecit, tenetur dicere. In hoc non concordant alij magistri cum fratre thoma.*

Ed.: S. Thomae Aq. Opuscula omnia ed. P. Mandonnet O. P. IV (Parisiis 1927) 497-501; ex codice Ruthenensi edidit Mortier II 121 s. ¹, qui uero horrendo modo textum transcripsit, quod iam animaduertit P. Mandonnet, Des écrits authentiques de S. Thomas d'Aquin². Fribourg (Suisse) 1910. 141 nota 1. — cf. M. Grabmann, Die Werke des hl. Thomas von Aquin². Münster 1931. 324 s.

IV. Fol. 86r-94r (= p. 171-187): Varia documenta JOHANNIS, Episcopi Tusculani, apostolicae sedis legati per Alamanniam, quae de fratribus et sororibus provinciae Teutoniae Ordinis Praedicatorum agunt ².

¹ cf. appendicem II.

² Johannes Episcopus Tusulanus = Johannes Boccamazza (Buccamatius), Card. 1285 Dec. 22., † 1309 Aug. 1309; inde a 1286 Maii 31. erat legatus in Alamannia et finitimis regnis (ita: Reg. Hon. IV. n. 770). De eo cf. Eubel, Hierarchia catholica medii aevi ² I (Monasterii, Regensberg 1913) 11; A. Ciaconius, Vitae et res gestae Pontificum Romanorum et S. Romanae Ecclesiae Cardinalium 2 (Romae 1677) 253 s.; de eius legatione in Ger-

1. Fol. 86r-86v (= p. 171-172): *Tabula contentorum in sequentibus. Sicuti tituli in tabula relati differunt a titulis in textu appositis, eos in nota refero.*

Incipiunt documenta de monasterio sororum Neuburgensi.

2. Fol. 86v (= p. 172): *Commissio Sororum de Nuwenburg*¹. *JOHANNES miseracione diuina tusculanus episcopus, apostolice Sedis Legatus, Religioso viro dilecto nobis in christo priori prouinciali fratrum ordinis predic[atorum] per Theutonium salutem in domino. Que secularibus desiderijs abnegatis ad celestia promerenda festinant... Datum Metis kal. Maij Sede apostolica uacante post obitum felicitis recordationis domini Honorij pape iijⁱⁱ. (= 1287 Maii 1.)*

Videtur esse ineditum. — cf. Ritzinger doc. 32.

3. Fol. 86v-87r (= p. 172-173): *Quod dictum monasterium consensit in recepcionem. [O]mnibus presentes litteras inspecturis ABBATISSA et conuentus sororum in Nuerenberg (sic) salutem cum desiderio, quod ab ipsis geritur cognoscendi. Nouerint uniuersi tam posteri quam presentes, quod cum nos multis supplicacionibus obtinuissimus a venerabili domino Johanne Tusculano Episcopo... Datum etc. Dies non ascribitur.*

Videtur esse ineditum. — cf. Ritzinger doc. 34.

4. Fol. 87r (= p. 173): *Causa dilacionis habitus*². *[D]e uotis in christo abbatisse et conuentui sororum in Nuerenberg (sic) Frater H[ERMANNUS] etc. Quamuis uos iuxta mandatum uenerabilis domini Jo[hannis] Tusculani Episcopi... regulam beati Augustini et constituciones sororum sancti Syxti de urbe acceptaueritis obseruanda[s]... Des.: ...Ceteris, que in ipsius legati et uestra continentur litteris, in suo robore duraturis. Dies non ascribitur.*

Ed.: Finke 162 nota, pars editur. — cf. Ritzinger doc. 33.

5. Fol. 87r-87v (= p. 173-174): *Appelacio abbatisse. [O]mnibus presens scriptum uisuris ABBATISSA et congregacio in Nuerenberg*

mania cf. inter alia: Hauck V,1 458 ss. (ubi cetera scripta de eo agentia adducuntur), et V. Redlich, Rudolf von Habsburg. Innsbruck 1903. 697 ss.; QF XIX 176.

¹ Tabula: *Nuerenberg* (cf. fol. 86v et 87r.); recte tamen scribitur *Nuwenburg*. (= Neuburg. cf. QF XXIV 75 s., Finke 162 nota, Ritzinger).

² Tabula: *Modus dtfferende inducitionis*.

(ita corr. antiqua manus loco *Nuewemburg*) *Wormacensis dyocesis... Notum fore cupimus, quod cum essemus patrum spiritualium destitute solacio... Des.: ... quibus non concessis iterum atque iterum appellamus. Dies non ascribitur.*

Videtur esse ineditum. — cf. Ritzinger doc. 35. — Aliam appellationem habes apud Finke 161-163 n. 154

Sequuntur documenta de Poenitentibus.

6. Fol. 87v-88r (= p. 174-175): *Commissio Penitentum*. (sic)¹ [*JOHANNES miseracione diuina etc.* (om. nomen destinatoris suppleendum: *priori provinciali fratrum predicatorum Teutoniae*). *Animarum lucrum tibi fore gratissimum arbitantes... Datum ut supra* (= Spire 1286 Nov. 20.; ita Simon.)

Ed.: Simon 250 s. n. 158; Schneller, in: *Geschichtsfreund* 5 (Einsiedeln 1848) 164 n. 8 — cf. Ritzinger doc. 27.

7. Fol. 88r (= p. 175): *Renouacio penitentum* (sic)². [*JOHANNES miseracione diuina etc.* (om. nomen destinatoris, quod Simon ex contextu ita supplet: *priori provinciali fratrum Praedicatorum in Teutonia*). *Cum olim visitacionem, curam et correccionem monasteriorum montalium et sororum, que dicuntur Sancte M[ari]e magd[alene] ordinis penitentum* (sic)... *Datum ut supra* (= 1287; ita Simon.)

Ed.: Simon 252 n. 161. — cf. Ritzinger doc. 28.

8. Fol. 88r-88v (= p. 175-176): *Executoria Penitentum* (sic)³. [*JOHANNES miseracione diuina etc.* (om. nomen destinatoris. Suppleendum: *discreto viro magistro Nicolao, scolastico ecclesie S. Bartholomei Leodicensis, officiali venerabilis patris... Metensis episcopi... Ita Simon*). *Sub religionis habitu uacantibus studio pie uite... Datum ut supra* (= Metis 1287 Apr. 22.; ita Simon)

Ed.: Simon 253 n. 162. — Ritzinger doc. 29.

9. Fol. 88v (= p. 176): *Ordinacio Prouincialis super premissis*⁴. [*Karissimis in Christo Prioribus, Supprioribus ac eorum vi-*

¹ Tabula: *Commissio penitencium*.

² Tabula: *Renouacio commissiois*.

³ Tabula: *Executoria super commissione*.

⁴ Tabula: *Executoria super commissione*.

ces gerentibus fratrum ordinis predic[atorum] prouincie theuth[onie], ad quos presentes... frater H[ERMANNUS] eorundem fratrum et prouincie prior et seruus... Scire uos non ambigo, cum quanto deliberacionis pondere venerabilis pater dominus Jo[hannes] tusculanus episcopus... Des.: ... quas ipsarum religioni creditis profuturas. Dies non ascribitur (1287; ita Simon)

Ed.: Simon 254 n. 163. — cf. Ritzinger doc. 30.

10. Fol. 88v (= p. 176). *Item alia Ordinacio*. [I]tem alia eiusdem. Karissimis et infra. (nomen destinatoris supplendum est eodem modo ac n. 9). *Quod si eiusmodi personis inobedientibus tam uiris quam feminis iuxta commissionis formam...* Des.: ... si hoc videbitur expedire. Dies non ascribitur (= 1287; ita Simon).

Ed.: Simon 255 n. 164.

Sequuntur diversa documenta de sororibus agentia.

11. Fol. 88v-89r: (= p. 176-177): *De Centum Cannis Sororum*. [J]OHANNES miseracione etc. (om. nomen destinatoris). *Attendentes quod in ecclesie firmamento uidetur ordo splendido nitore choruscans...* *Datum etc.* Dies non ascribitur (= 1287 Mai 10.; ita Ritzinger)

Videtur esse ineditum. — cf. Ritzinger doc. 38.

12. Fol. 89r (= p. 177): *Quod prouincialis prohibere potest, per censuram ecclesiasticam frequentacionem Sororum et quod Conseruator ipsarum*¹. [J]OHANNES miseracione etc. (om. nomen destinatoris). *Attendentes, quod in ecclesie firmamento. Sicut in priuilegio precedenti; et infra: Vt igitur sorores uestri ordinis in tranquillitate deuote quietis diuinis laudibus uacantes perseuerent...* *Datum etc.* Dies non ascribitur.

Videtur esse ineditum. — cf. Ritzinger doc. 39.

13. Fol. 89r (= p. 177): *De uagis, restitutionibus et gratijs*². [J]OHANNES miseracione etc. (om. nomen destinatoris). *Hinc est, quod nos uestris deuotis precibus annuentes, ut de usuris, rapinis et alias male acquisitis...* Des.: ... *Nulli ergo etc.* Dies non ascribitur. (= 1287 Sept. 6.; ita Ritzinger)

¹ Tabula: *Quod prouincialis est conseruator sororum et potest prohibere frequentantes*. — cf. Finke 119 nota.

² Tabula: *De uagis, restitutionibus, Votis et iuramentis*.

Videtur esse ineditum. — cf. Ritzinger doc. 14.

14. Fol. 89r (= p. 177): *De iure patronatus Sororum*¹. [J]OHANNES *miseracione etc.* (Om. nomen destinatoris). *Religionis* [s] *uestre favor exposcit et deuocionis sincere merita... Des.: ... Nulli ergo etc.* Dies non ascribitur. (= 1287 Sept. 6.; ita Ritzinger)

Videtur esse ineditum. — cf. Ritzinger doc. 40.

Hic adiungendum est, ut patet ex signo in margine apposito et ex serie titulorum in tabula relatorum:

14a. Fol. 93v-94r (= p. 186-187): *De admittendis ad diuina tempore interdicti*². [J]OHANNES *miseracione etc.* (om. nomen destinatoris). *Inducti uestre deuocionis meritis, pro quibus uobis competit exhibicio gracie specialis... Des.: ... Nulli ergo etc.* Dies non ascribitur. (= 1287 Sept. 6.; ita Ritzinger et clm. 4386.)

Ed.: Mamachi, App. 183 n. 109; — cf. Ritzinger doc. 15 et infra App. III.

15. Fol. 89r-89v (= p. 177-178): *Littera Commissionis Sororum De Suntheim*³. [J]OHANNES *miseracione etc.* (om. nomen destinatoris). *Que secularibus desiderijs abnegatis ad celestia promerenda festinant... Des.: ... Nulli ergo etc.* Dies non ascribitur.

Videtur esse ineditum. — cf. Ritzinger doc. 36.

16. Fol. 89v-90r (= 178-179): *Generalis Sororum omnium Commissio*⁴. [J]OHANNES *miseracione etc.* *Paterne deuocionis benignitas prudentes uirgines, que se parant accensis lampadibus... Des.: ... Nulli ergo etc.* Dies non ascribitur (= apud monasterium Clareuallis 1287 Dec. 8.).

Sub eodem tenore habent speciale sorores sancti Lamperti et celi corone. Item Sorores de phorzheim. Item Sorores sancte agnetis in vriburgo. Item Sorores de Steten. Item Sorores de Wedersteten et de Tostode. Item Sorores de paradyso et sancte Gerdrudis in colonia. Item sub tenore commissionis generalis sororum omnium scribitur prouinciali, ut omnia exequatur, que in generali sororum commissione ac incorporacione continentur.

¹ Tabula: *Quod sorores possunt presentare capellanos suos.*

² Tabula: *Quod fratres possunt quosdam rectpere ad diuina tempore interdicti.*

³ Tabula om.

⁴ Tabula: *Generalis commissio sororum omnium.*

Ed.: Simon 255 s. n. 165 et 166; Schneller, in: Geschichtsfreund 5 (Einsiedeln 1848) 165 n. 9. — cf. Ritzinger doc. 41.

Sequuntur diversa privilegia fratrum Ordinis Praedicatorum; de fratribus et sororibus Argentinensibus:

17. Fol. 90r-90v (= p. 179-180): *Priivilegium contra Apostatas*. [J]OHANNES *miseracione etc.* (om. nomen destinatoris). *Significantibus vobis non sine graui cordis dolore accepimus, quod quidam predicationis filij a concupiscencijs suis illecti... Des.: ... Nulli ergo etc. Dies non ascribitur.*

Videtur esse ineditum. — cf. Ritzinger doc. 16.

18. Fol. 90v (= p. 180): *Priivilegium contra eos, qui prohibent fratres edificare*¹. [J]OHANNES *miseracione etc.* (om. nomen destinatoris). *Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod cum fratres tue prouincie in locis et areis... Des.: ... Nulli ergo etc. Dies non ascribitur.*

Videtur esse ineditum. — cf. Ritzinger doc. 17.

170. Fol. 152rb (= p. 303): Dilecto in christo fratri priori prouinciali fratrum ordinis pred. de anglia FRATER HUGO Miseracione diuina tituli sancte sabine presbiter cardinalis. ... Volentes a quibusdam fratribus uestri ordinis nostre cure commissis. ... Datum apud urbem ueterem .iiij. kal. marcij pontificatus domni urbani pape quarti anno secundo. (= 1263 Febr. 26.)

Ed.: cf. I. H. H. Sassen, Hugo von St. Cher... (Diss. Fribourg) Bonn, Hanstein 1908. 142. At in hac epistola Hugo non dicitur primarius penitentarius, ut uult Sassen, sed tantum penitentarius (= pntarij, quod non legendum est primarij, sed penitentarij). — cf. tamen in rubricis bullarii fol. 176ra n. 170: per dominum P. (sic) summum penitentarium.

171. Fol. 152rb-152vb (= p. 303-304): Rubrica: De recisione pactorum contra priuilegia indulta ordini. HONORIUS e. s. s. d. Dilectis filijs magistro et fratribus ordinis pred. ... Religionis fauor, sub qua uirtutum domino [deseruitis] et fructus uberes, qui ex uestris laboribus. . . Datum rome apud sanctam sabinam .xiiij. kal. febr[uarij] p. n. a. primo. (= 1286 Jan. 20.)

Ed.: datum die 1286 Jan. 19.: BOP II 9 n. 8 (= Potth. n. 22353); Reg. Hon. IV. n. 263.

¹ Ms.: quidem

² Ms.: ad; editiones: ab

172. ¹ Fol. 152vb-153ra (= p. 304-305): Rubrica: *De strictissimo interdicto*. — HONORIUS e. s. s. d. *Dilectis filijs Magistro et fratribus ord. pred. ... Meritis uestre religionis inducimur, ut petitionibus uestris. ... Datum tybur[e] Idibus ² septembris p. n. a. primo* (= 1285 Sept. 13.)

Ed.: BOP II 6 n. 2 (= Potth. n. 22287); Reg. Hon. IV. n. 260.

173. Fol. 153ra-153va (= p. 305-306): Rubrica: *De officio ecclesiastico*. — HONORIUS e. s. s. d. *Dilectis filijs magistro et fratribus ord. pred. ... Meritis uestre religionis inducimur ². ... Datum tibur[e] [Kalendis] octobris p. n. a. primo*. (= 1285 Oct. 1.)

Ed.: BOP II 8 n. 4 (= Potth. n. 22299); Reg. Hon. IV. n. 240.

174. Fol. 153va-153vb (= p. 306): Rubrica: *De primario lapide*. — HONORIUS e. s. s. d. *Dilectis filijs magistro et fratribus ord. pred. ... Ex parte uestra fuit propositum coram nobis, [quod licet] per specialia priuilegia sedis apostolice sit indultum. ... Datum rome apud sanctam sabinam .vij. kal. decembris p. n. a. primo*. (= 1285 Nov. 25.)

Ed.: BOP II 9 n. 7 (= Potth. n. 22333); Reg. Hon. IV. n. 223.

175. Fol. 153vb-154ra (= p. 306-307): Rubrica: *De exemptione*. — NICHOLAUS e. s. s. d. *Dilectis filijs magistro et fratribus ord. pred. ... Dum sollicite consideracionis indagine perscrutamur, quod uos mundi spretis illecebris. ... Datum reate .v. kal. augusti p. n. a. primo*. (= 1288 Jul. 28.)

Ed.: BOP II 20 n. 3 (= Potth. n. 22758); Reg. Nic. IV. n. 173.

176. Fol. 154ra-154va (= p. 307-308): Rubrica: *De apostatis*. — NICHOLAUS e. s. s. d. *Dilectis filijs magistro et fratribus ord. pred. ... Inter cetera uobis et ordini uestro ab apostolica sede concessa expresse reperitur. ... Datum reate .v. kal. augusti p. n. a. primo*. (= 1288 Jul. 28.)

Ed.: BOP II 20 n. 4 (= Potth. n. 22759); Reg. Nic. IV. n. 174. — cf. infra n. 200.

¹ Ms.: *clxxj*.

² Ms.: *Idem*

³ M.: *inductimus*

177. Fol. 154va-154vb (= p. 308): Rubrica: *De fratribus, qui recipiunt episcopatus sine licencia magistri uel provincialium suorum. Responsio.* — NICHOLAUS e. s. s. d. *Dilecto filio Magistro ordinis fratrum pred. . . . Peticio tua nobis exhibita continebat, quod cum aliqui fratres tui ordinis. . . Datum reate .viiij. kal. octobris p. n. a. primo* (= 1288 Sept. 24.)

Ed.: BOP II 23 n. 8 (= Potth. n. 22816); Reg. Nic. IV. n. 308.

178. Fol. 154vb-155rb (= p. 308-309): NICHOLAUS e. s. s. d. *Dilectis filijs diffinitoribus futuri ¹ capituli generalis ord. fratrum pred. proximo celebrandi et uniuersis fratribus ipsius ordinis in eodem capitulo congregandis. . . Circa curam uestri ordinis sollicitudinis ² apostolice adhibere studium cupientes. . . In hoc privilegio Nicolaus IV. ad aliud privilegium prius datum remittit ipsum de verbo ad verbum transcribens (cf. Fol. 155ra-155rb): . . . facultatem concessimus in hec uerba: NICHOLAUS e. s. s. d. venerabili fratri L[atino] hostiensi et uelletr[ensi] episcopo ac dilecto fratri H[ugoni] ³ tituli sancte sabine presbitero cardinali. . . Gaudemus in domino, dum sedula consideracione perpendimus . . . Datum rome apud sanctam mar[iam] maiorem .ix. kal. marcij p. n. a. secundo. (= 1290 Febr. 21.) Verum predicti cardinales. . . Datum apud urbem ue terem secundo ydus aprilis p. n. a. quarto (= 1291 Apr. 12.)*

Ed.: Mortier II 252 s. — cf. infra n. 201.

179. Fol. 155rb-155vb (= p. 309-310): NICHOLAUS e. s. s. d. *Venerabili fratri episcopo attrebatens[is]. . . Non tedeat ⁴ fraternitatem tuam audire, que scribimus, sed ad preces uestras. . . Datum reate .xv. kal. octobris p. n. a. secundo* (= 1289 Sept. 17.)

Deest in: BOP Potth. et Reg. Nic. IV.

180. Fol. 156ra (= p. 311): NICHOLAUS e. s. s. d. *dilectis filijs fratribus predicatorum et minorum ordinum, inquisitoribus heretice prauitatis auctoritate sedis apostolice deputatis et in posterum deputandis. . . Turbato corde audiuimus et narramus, quod non solum quidam de iudaice*

¹ Ms.: *futuris*

² Ms.: *sollicitudine*

³ Frater Latinus Frangipani OP.: cf. Eubel, Hierarchia catholica medii aevi ². Monasterii, Libr. Regensbergiana 1913. I 35. — Hugo Seguin OP.: Eubel I² 46.

⁴ Ms.: *redeat*

cecitatis errore... Datum reate Nonis septembris p. n. a. primo (= 1288 Sept. 5.)

Ed.: BOP II 22 n. 7. (= Potth. n. 22795); Sbaralea IV 38 n. 53; Reg. Nic. IV. n. 322.

181. Fol. 156rb-156vb (= p. 311-312): *NICHOLAUS e. s. s. d. Dilecto filio priori¹ prouinciali fratrum ord. pred. in francia. ... Pre cunctis nostre mentis desiderabilibus² catholice incrementum fidei affectantes. . . Datum apud urbem ueterem .x. kal. iulij p. n. a. 3.* (= 1290 Jun. 22.)

Ed.: BOP II 29 n. 20 (= Potth. n. 23297); Reg. Nic. IV. n. 2776.

182. Fol. 156vb-158vb (= p. 312-316): *NICHOLAUS e. s. s. d. Dilectis filijs fratribus ordinis pred., inquisitoribus heretice prauitatis in regno francie deputatis auctoritate apostolica et in posterum deputandis. . . Pre cunctis nostre mentis desiderabilibus³ catholice incrementum fidei affectantes. . . Datum apud urbem ueterem .v. kal. Julij p. n. a. tercio.* (= 1290 Jun. 27.)

Ed.: Reg. Nic. IV. n. 2777 — Privilegium eiusdem tenoris datum a Gregorio X. die 1273 Apr. 20.: BOP I 512 n. 12 (= Potth. n. 20720). — Non concordat cum: BOP II 29 n. 21 (= Potth. n. 23298)!

183. Fol. 158vb-159ra (= p. 316-317): *NICHOLAUS e. s. s. d. Dilectis fratribus ordinis fratrum pred., Inquisitoribus heretice prauitatis sedis apostolice⁴ deputandis. . .⁵ Ne aliqui dubitacionem forsan sollicitam exercitantes in dubium reuocent, an processus per nos. . . Datum apud urbem ueterem .iiij. kal. Julij p. n. a. 3^o.* (= 1290 Jun. 29.)

Ed.: Reg. Nic. IV. n. 2780; Potth. n. 23302.

184. Fol. 159ra-159vb (= p. 317-318): *INNOC[ENCIUS] e. s. s. d. Dilectis filijs magistro et fratribus ord. pred. . . In loco sollicitudinis et specula supereminencie pastoralis celesti dispositione sedentes pensauimus. . .⁶ Datum laterani .v. Idus maij p. n. a. primo.* (= 1276 Maii 11.)

¹ Ms. add.: *fratrum ord. pred.*

² Ms.: *meritis desiderabilibus*

³ Ms.: *uestre meritis desiderabilibus*

⁴ Ms. bis ponit: *sedis apostolice*

⁵ *deputandis* corr. *loco deputatis*

⁶ Editiones: *pensantes*

Ed.: datum die 1276 *Matth. 10.*: BOP I 543 n. 3. (= Poth. n. 21124).

185. Fol. 159vb-160rb (= p. 318-319): *Karissimis in christo fratribus predicat[oribus] FRATER HUMBERTUS etc. Nouerit dilectio uestra, quod cum dominus papa alex[ander] caritatiue nos monuisset... Datum mediolani anno domini m^occ^olv. in capitulo generali. (= 1255 infra octavam Pentecostes i. e. Maii 16.-23.)*

Ed.: MOPH V 21-24 n. 7.

185a. Fol. 160rb-160va (= p. 319-320): Rubrica: *De usu priuilegii et modo se habendi ad pacem prelatorum. Ista sunt¹, que tractata et ordinata fuerunt a fratribus predicatoribus et oblata domno pape et cardinalibus et coram eisdem lecta ad pacem seruandam inter prelatos et capellanos ac fratres predicatorum et cum exacta diligencia obseruanda. Inc: In primis, quando episcopi predicant, non predicent ipsi... Des.:... tamen propter reuerenciam prelatorum parati sunt ad eos habere recursum et ipsos requirere. (Lugduni 1274.)*

Ed.: MOPH V 97,25 - 98,10. — cf. infra n. 204.

186. Fol. 160va-161rb (= p. 320-321): *CELESTINUS e. s. s. d. ad perpetuam rei memoriam. Clara ordinis fratrum pred. religio uirtutum fecunditate² referta³ et tota per bonorum operum studia... Datum aquile kal. septembris p. n. a. primo. (= 1294 Sept. 1.) Istud priuilegium bullatum est in serico.*

Ed.: BOP VII 49 n. 1 (= Poth. n. 23953).

187. Fol. 161rb-161vb (= p. 321-322): *CELESTINUS e. s. s. d. Dilecto filio fratri petro de adria⁴ ord. fratrum pred. ... Cum nos ex certis causis romanam prouinciam tui ordinis, que secundum distinctionem prouinciarum... Datum aquile .iiij. nonas septembris p. n. a. primo. (= 1294 Sept. 3.) Istud priuilegium bullatum est cum filo.*

Ed.: BOP VII 50 n. 2 (= Poth. n. 23959).

¹ Ms.: est

² Ms.: iocunditate

³ Ms.: referto

⁴ Ms.: adua

188. Fol. 161vb-162ra (= p. 322-323): *BONIFACIUS e. s. s. d. Dilectis filijs magistro, prioribus ac fratribus Vniuersis ord. pred. ... Ad augmentum continuum religionum et ordinum, quos romana suscepit ecclesia paternis studijs. ... Datum rome apud sanctum petrum .vj. idus maij p. n. a. secundo.* (= 1296 Maii 10.) *Bullatum cum serico.*

Ed.: BOP II 47 n. 11 (= Poth. n. 24336).

189. Fol. 162ra-162rb (= p. 323): *BONIFACIUS e. s. s. d. Dilectis filijs Magistro, prioribus ac fratribus Vniuersis ord. pred. ... Inter ceteros ordines, quos celestis agricolae summa benignitas in orto plantauit ecclesiae, sacrum uestrum ordinem. . . Datum ut supra.* (= 1296 Maii 10.) *Bullatum cum serico.*

Ed.: BOP II 47 n. 12 (= Poth. n. 24337). — cf. Reg. Bon. VIII. n. 1087.

190. Fol. 162rb-162va (= p. 323-324): Rubrica: *Quod solus papa habet interpretari priuilegia nostra.* — *CLEMENS episcopus ect. Dilectis filijs magistro et fratribus ordinis pred. salutem etc. Ordinis uestri sacra religio, sub qua uirtutum domino in humilitate spiritus deseruitis. . . Datum uiterb[ij] nonis Julij p. n. a. quarto.* (= 1268 Jul. 7.)

Ed.: BOP I 496 n. 88₂ (= Poth. n. 20410); Sbaralea III 162 n. 177.

191. Fol. 162va-163ra (= 324-325): Rubrica: *Confirmacio officij ordinis.* — *CLEMENS episcopus etc. Dilectis filijs magistro et fratribus ord. pred. ... Consurgit in nobis specialis¹ multitudo leticie, quando personas deditas diuino cultui. . . Datum uiterb[ij] nonis iulij p. n. a. iij.* (= 1267 Jul. 7.)

Ed.: BOP I 486 n. 68 (= Poth. n. 20069); Reg. Clem. IV. n. 486.

Sequitur rubrica: *Quod aliquid contra addere vel mutare liceat. Supra fo[rma] clxxiiij.*²

192. Fol. 163ra (= p. 325): *GREGORIUS e. s. s. d. Ven[erabili] fratri vienn[ensi] arciepiscopo, apostolice sedis legato . . . Sicut dudum ven[erabili] fratri nostro tornacen[si] episcopo nos iniunxisse meminimus. . . Datum perusij .xv. kal. iulij p. n. a. ix.* (= 1235 Jun. 17.)

Ed.: AnalOP 4 (1899-1900) 505 n. 496.

¹ Editiones: *spiritualis*

² Haec rubrica nullo modo respicit ea, quae in priuilegijs subsequentibus continentur: quare potius ad n. 173 nos remittere uidetur, ubi sermo fit de potestate capitulo generali concessa quaedam in officio ecclesiastico mutandi. Hinc rubrica appendix est n. 191. — *forma* = *fo.*; cf. n. 197: *eadem foa*

193. Fol. 163ra-163rb (= p. 325): *INNOC[ENCIUS] etc. Vniuersis fratribus ordinis pred. ... Cum paupertatis pressi angustia¹ excol-latis uobis elemosinis a liberali fidelium pietate... Datum lugd[uni] .v. Idus iunij p. n. a. .iiij.* (= 1246 Jun. 9.)

Ed.: Reg. Inn. IV. n. 1917. — cf. supra n. 138.

194. Fol. 163rb-163vb (= p. 325-326): Rubrica: *Commissio sororum de ualle beate marie et sub certa forma.* — *INNOC[ENCIUS] e. s. s. d. Dilectis filijs magistro et priori prouin-c[ial]i theutonie ordinis fratrum pred. ... Apostolice sedis benignitas pruden-tes uirgines, que se parant accensis lampadibus... Datum lugd[uni] .iiij. [idus] septembris p. n. a. .vj.* (= 1248 Sept. 11.)

Ed.: Reg. Inn. IV. n. 4139; cf. Potth. n. 13020.

195. Fol. 163vb (= p. 326): Rubrica: *Commissio sororum de uinario secundum formam premissam.* — *ALEX[AN-DER] e. s. s. d. Dilectis filijs magistro et prouinciali francie ac meten-[si] prioribus (sic) ord. fratrum pred. ... Apostolice sedis benignitas etc. Cum igitur sicut ex parte dilectarum... (in fine): meten[sis] dyoc[esis] etc., ut supra. Dies non ascribitur (= ?)*

Deest in: BOP Potth. et Reg. Alex. IV.

196. Fol. 163vb-164rb (= p. 326-327): Rubrica: *De incorpo-ratione sororum de monte argi sub forma premissa.* — *INNOC[ENCIUS] e. s. s. d. Dilectis filijs magistro et priori prouin[cia-li] francie ord. pred. ... Cum [sibi]² dilecta in christo filia nobilis mul-lier anna de iomuaco et galterus, natus eius, monasterij sancti dominici iuxta montem argi... Datum [Lugduni] .vj. Idus aprilis p. n. a. secundo.* (= 1245 Apr. 8.)

Ed.: BOP I 148 n. 84 (= Potth. n. 11624). — cf. Chapotin l. c. 360-361.

197. Fol. 164rb-164vb (= p. 327-328): Rubrica: *Eadem for-ma, que supra, dirigitur ipsis sororibus.* — *INNOC[EN-CIUS] e. s. s. d. Dilectis in christo filiabus priorisse ac sororibus mona-sterij sancti dominici iuxta montem argi synon[ensis] dyoc[esis]... Cum sibi³*

¹ Ms.: *augustia*

² Ms. om.; *sibi*; nomina subsequencia in editionibus differunt.

³ Ms.: *stcut*; nomina transcribo prout in ms. inveniuntur.

dilecta in christo filia nobilis mulier amicia de Jouiguiaco et Galterus, natus eius . . . Datum lugd[uni] .vj. Idus aprilis p. n. a. ij. (= 1245 Apr. 8.)

Ed. : cf. supra n. 196.

198. Fol. 164vb-165rb (= p. 328-329): Rubrica: *Incorporacio sororum de uico meten[si]. — MARTINUS e. s. s. d. Dilectis filijs priori prouinc[iali] et diffinitoribus capituli prouincialis fratrum ord. pred. in prouincia francie . . . Apostolice sedis benignitas prudentes uirgines. . . Datum apud urbem ueterem secundo ydus nouembris p. n. a. iij. (= 1283 Nov. 12.)*

Ed. : Reg. Mart. IV. n. 445. — cf. Chapotin I, c. 660.

199. Fol. 165rb-165va (= p. 329-330): Rubrica: *Exempcio sororum ab omni accione, collecta uel subuencione. — NICHOLAUS e. s. s. d. Dilectis et in christo filiabus priorissis et conuentibus sororum inclusarum monasteriorum ordinis sancti augustini secundum instituta et sub cura fratrum ord. pred. uiuencium. . . Quanto studiosius deuota mente ac humili contemplacionis diuine uacatis obsequijs. . . Datum etc. [apud Urbem Veterem v. id Jun. p. n. a. iij.] (= 1291 Jun. 9.)*

Ed. : Reg. Nic. IV. n. 5347. — datum die 1291 Jun. 1.: BOP II 31 n. 24 (= Potth. n. 23686).

200. Fol. 165va-166ra (= 330-331): Rubrica: *Quod apostate etiam de licencia non possint habere curam uel personatum. — NICHOLAUS e. s. s. d. Dilectis filijs magistro et fratribus ordinis pred. . . Inter cetera uobis et ordini uestro ab apostolica sede concessa expresse reperitur inhibitum, ne quis. . . Datum reate .v. kal. augusti p. n. a. primo. (= 1288 Jul. 28.)*

Ed. : BOP II 20 n. 4 (= Potth. n. 22759); Reg. Nic. IV. n. 174. — cf. supra n. 176.

201. Fol. 166ra-166va (= p. 331-332): Rubrica: *Commissio facta dominis cardinalibus L. et H. super ordinem et eius resignacio. — NICHOLAUS e. s. s. d. Dilectis filijs diffinitoribus futuri capituli generalis ordinis fratrum pred. proximo celebrandi et uniuersis fratribus ipsius ordinis fratrum pred. in eodem capitulo congregando (sic) . . . Circa curam uostri (sic) ordinis sollicitudinis apostolice adhibere studium cupientes Venerabili fratri L[atino] ostien[si] et uelletren[si]*

episcopo ac dilecto filio H[ugoni] tituli sancte sabine presbitero cardinali erga personas ipsius ordinis... (paulo inferius fol. 166rb-166va): ... facultatem concessimus in hec uerba: NICHOLAUS e. s. s. d. Venerabili fratri L[atino] ostien[si]... Gaudemus in domino, dum sedula consideratione... Datum rome apud sanctam mariam maiorem .ix. kal. marcij p. n. a. secundo. (= 1290 Febr. 21.) Verum predicti cardinales nuper ex certis consideracionibus... Datum apud urbem ueterem .ij. idus aprilis p. n. a. quarto. (= 1291 Apr. 12.)

Ed.: Mortier II 252 s. — cf. supra n. 178.

202. Fol. 166va-166vb (= p. 332): Rubrica: *Monet papa, quod fratres uitent excommunicatos et interdictos a prelatiis.* — NICHOLAUS e. s. s. d. Dilectis filijs magistro et diffinitoribus capituli generalis apud ferariam celebrandi... Processit ex intime dileccionis affectu, quo ab olim ante nostre promocionis incia... Datum rome apud sanctam mariam maiorem .ij. nonas maij p. n. a. .iij. (= 1290 Maii 6.)

Ed.: BOP II 28 n. 18 (= Potth. n. 23264); Reg. Nic. IV. n. 7553. — cf. MOPH III 260.

203. Fol. 166vb-167va (= p. 332-334): Rubrica: *Cohibitio curati predicacionem fratrum impediens.* — MARTINUS e. s. s. d. venerabili fratri episcopo olomucen[si]... Exhibita nobis dilectorum filiorum Prioris Pred. et Guardiani¹ minorum ac conuentuum fratrum pred[icatorum] ordinum Viennen[sium], Passaviensis² Dyocesis peticio continebat... Datum apud urbem ueterem .v. Idus febr[uarij] p. n. a. quarto. (= 1285 i. e. 1282 Febr. 9.)

Ed.: eadem die, sed anno primo: BOP II 2 n. 3 (= Potth. n. 21847); Sbaralea III 482 n. 19.

204. Fol. 167va-167vb (= p. 334): *Ista sunt, que tractata et ordinata fuerunt a fratribus predicatoribus et oblata³ domno pape et cardinalibus et coram eisdem lecta ad pacem seruandam inter prelatos et capellanos ac fratres et sunt exacta diligencia obseruanda.* Inc.: *Imprimis quod, quando episcopi predicant, non predicent ipsi, nisi forte de ipsorum*

¹ Ms.: *Gradiani*

² Ms.: *panensis*

³ Ms.: *oblato*

episcoporum mandato uel licencia speciali. . . Des. : . . . et secundum diuersas compositiones factas in multis locis inter parochiales sacerdotes et fratres eosdem.

Ed. : omisa introductione MOPH V 97,25-98,30. — cf. Mortier II 99-101; cf. supra n. 185a.

205. Fol. 167vb-169ra (= p. 334-337): Rubrica: *De pace habenda ad minores. — In christo sibi karissimo fratri Johanni, priori prouinc[iali] fratrum ord. pred. prouincie francie FRATER JO[HANNES], fratrum eiusdem ordinis seruus inutilis. . . Sacre religionis plantarium, ut fructus uberiores afferat et diuino gustui offerat dulciores. . . Datum lugd[uni] .viiij. idus nouembris [1274] (= 1274 Nov. 6.)*

Ed. : MOPH V 100-104 n. 28.

206. Fol. 169ra-169va (= p. 337-338): *BONIFACIUS Vniuersis inquisitoribus heretice prauitatis ord. fratrum predicatorum et minorum etc. Nuper ¹ Jacobum et p[etrum] de calumpna, olim sancte romane ecclesie cardinales, exigentibus eorum culpis et demeritis. . . Datum apud urbem ueterem .viij. Idus iulij p. n. a. .iiij. (= 1297 Jul. 9.)*

Ed. : Sbaralea IV 440 n. 122 (= Potth. n. 24541); Reg. Bon. VIII. n. 2351; cf. ibid. n. 2387.

207. Fol. 169va-169vb (= p. 338): *NICHOLAUS e. s. s. d. ad perpetuam rei memoriam. Certis nuper emergentibus causis, propter quas statui ordinis ² fratrum predicatorum expedire cognouimus. . . Datum apud urbem ueterem .ij. Idus aprilis p. n. a. 4. (= 1291 Apr. 12.)*

Ed. : BOP II 31 n. 23 (= Potth. n. 23643); Reg. Nic. IV. n. 6736.

208. Fol. 169vb-170rb (= p. 338-339): *CLEMENS e. s. s. d. Dilecto filio priori prouinciali fratrum ord. pred. in francia. . . Pre cunctis nostre mentis desiderabilibus catholice incrementum fidei affectantes. . . Datum uiterbij .viiij. Idus iulij p. n. a. tercio. (= 1267 Jul. 8.)*

Deest in: BOP Potth. et Reg. Clem. IV. — Privilegium eiusdem tenoris datum 1267 Jan. 28.: BOP I 480 n. 57 (= Potth. n. 19924). — cf. infra n. 211.

209. Fol. 170rb-170va (= p. 339-340): *Vniuersis presentes litteras inspecturis R[ANULPHUS de Hombloneria], miseratione diuina par[isiensis] episcopus, magister ODO de sancto dyonisio, canonicus par[isiensis] et de-*

¹ Ms.: *Super*

² Ms.: *ordinem*

canus theologicæ facultatis, frater GREGORIUS. ... (paulo inferius fol. 170va). ... nos notum facimus, quod, cum nobis fuerint casus propositi: Vtrum aliquis vere penitens et confessus... Datum anno domini mclxxxij mense nouembri. (= 1282 Nov.)

Ed.: Denifle, Chart. I, 595 n. 510.

210. Fol. 170va-171ra (= p. 340-341): Rubrica: *Priuilegium sororum ordinis predicatorum de decimis non reddendis.* — BONIFACIUS e. s. s. d. *Dilectis filiabus priorissis et conuentibus sororum inclusarum monasteriorum ordinis sancti augustini secundum instituta et sub cura ordinis fratrum predicatorum viuencium... Laudabilis sacra religio, que in monasterijs uestris a uobis et personis alijs in eis degentibus... Datum apud urbem ueterem .xv. kal. augusti p. n. a. tercio.* (= 1297 Jul. 18.)

Ed.: Reg. Bon. VIII. n. 1883 (= Poth. n. 24546 bis). — Datum die 1297 Jul. 23. : BOP II 53 n. 18 (= Poth. n. 24551).

211. Fol. 171ra-171va (= p. 341-342): CLEMENS e. s. s. d. *priori prouinciali fratrum ordinis predicatorum in francia... Pre cunctis nostre mentis desiderabilibus catholice incrementum fidei affectantes... Datum uiterbij .viiij. Idus iulij p. n. a. .iiij.* (= 1267 Jul. 8.)

Deest in: BOP Poth. et Reg. Clem. IV. — cf. supra n. 208.

II. Fol. 171va-177ra (= p. 342-353): INDEX præcedentis collectionis privilegiorum. *Iste sunt diuerse indulgentie concesse ordini nostro temporibus diuersorum summorum pontificum.* Inc.: *Primum est priuilegium, quod dicitur mare magnum, quod in se continet diuersos articulos infra scriptos. Primus est de confirmatione magistri ordinis... Des.: ... ccix. Exempcio sororum a decimis, podagijs, procuracionibus et huiusmodi.*

Ed.: infra in appendice IV.

Fol. 177rb-177v (= p. 353-354): vacant scriptura.

F. PARS VI.

I. Fol. 178r-195r (= p. 355-389): THOLOMAEUS DE LUCCA O. P., [De]terminacio compendiosa de iurisdictione imperij, ubi primo intentum premititur ab auctore libelli

et modus agendi. Incipit tabula : Capitulum primum. Argumentum ad partem affirmat[iv]am, quod imperator statim electus possit administrare in tota terra imperij. c. j^m. Argumenta... Des. tabula fol. 178v : ... et rationibus persuaderi potest. capitulum xxxj^m. Expliciunt capitula. Fol. 178v : Incipit textus operis ommissa rubrica primi capituli : Quoniam apud multos uertitur in dubium, de iurisdictione imperij quid sit tenendum, ex quo multorum consciencie in errore persistunt... Desunt rubricae capitulorum. Des. : ... que eterna est et falli uel obumbrari non potest : qui est benedictus in secula. Amen. Explicit breuis libellus de iurisdictione imperij et auctoritate summi pontificis]. deo gracias. amen.

Ed. : Determinatio compendiosa de iurisdictione imperii auctore anonymo, ut videtur Tholomaeo Lucensi O. P. ed. M. Krammer. (= Fontes iuris germanici antiqui 5). Hannoverae 1909. 1-64. — De auctore cf. ibid. xxii-xxx.

II. Sequuntur duae appendices.

1. Fol. 195v (= p. 390) : *INNOCENCIUS episcopus etc. Dilecto filio... (ita ms.) Magistro ordinis predicatorum etc. Cum lucra sciens animarum ad procurandum earum salutem... Datum Jan[ue] .v. idus iulij p. n. a. secundo (= 1244 Jul. 11.)*

Ed. : Deest in : BOP Potth. Reg. Inn. IV.

Inter fol. 195 et 196 quinque folia excisa sunt ; cf. supra p. 11.

Fol. 196r (= p. 391) : vacat scriptura.

2. Fol. 196v (= p. 392) : *Formula appellationis ad regem Franciae. Inc. : Quoniam appellationis remedium in subcidium (sic) oppressorum... Des. : ... et vos A. B. C. D. E. F. fieri michi testes. Actum loco N. die N. anno N.*

3. Fol. 196v (= p. 392) : Sequuntur probationes pennarum :

- a. *Qui mel in ore gerit
et me retro pungere querit,
Eius amicitiam
nolo michi in sociam.*
- b. *Ille lauat laterem,
qui castigat mulierem.
Quis plus... Desinit incompletum.*

Fol. 197r: vacat scriptura.

G. APPENDIX AD TOTUM CODICEM I.

Fol. 197r: vacat scriptura.

Fol. 197v: alia formula appellacionis. Inc.: *Quoniam appellacionis remedium... Des.: ...in quacumque curia fieri michi [testes. Actum] loco, anno post incarnationem domini N. die N.*

H. APPENDIX AD TOTUM CODICEM II.

Fol. H-O: vacant scriptura.

APPENDICES ET NOTAE

I

De tempore, quo inventarium bibliothecae Conventus Ruthenensis (Ms. XIV. Lib. U.) compositum sit.

Supra pag. 15 adduximus inventarium bibliothecae conventus Ruthenensis, in Tabulario Ordinis Ms. XIV. Lib. U. existens, quod anno 1709 compositum esse tunc diximus; de quo nunc plura scribenda sunt.

Auctor huius catalogi et memoriarum ipsi praemissarum fuit fr. Andreas Géry O. P.,¹ qui eo tempore in conventu Ruthenensi morabatur. Feliciter plura nobis innotescunt de eius vita et mora, quam in dicto con-

¹ Cf. supra pag. 15 titulum, quem ex pag. 1. Ms. transcripsi.

ventu traxerat ¹: 1694 Febr. enim viaticum accipit, ut ad conventum Ruthenensem se transferat, ubi 1694-1696 munere Syndici conventus fungebatur. Annis 1697 et 1705-1707 ipsum fuisse depositarium conventus, annis vero 1703-1705 munere Supprioris functum esse ex certis documentis certiores facti sumus: eum adhuc annis 1707-1708 in conventu Ruthenensi commoratum esse pariter constat. At die 1711 Nov. 19. iam est Vicarius generalis in missione S. Dominici ². Hinc arguo Andream ante annum 1711 scripsisse.

Similiter constat de termino a quo: etenim pag. 50 iam citatur *Année dominicaine, mois d'août II* ³, quod volumen anno 1696 prodierat.

Demum nec desunt indicia, quibus suffulti adhuc propius ad tempus, quo liber compositus sit, accedimus. Etenim pag. 52-53 ista legimus: *Je pourrais encore ajouter a la louange de nostre Conuent de Rodéz que nous y auons deux peres de prouince en vie, ce sont le reuerend pere Pierre Moysset et le Reuerend pere Bernard Sabbatery; le premier a esté prieur pendant plus de trente ans dans diuers conuens de la prouince, surtout deux fois au Nouciat de paris, et deux fois a Toulouse, d'ou il fût tiré lorsqu'il fût Elû prouincial; il a esté encore trois fois visiteur apostolique de l'ordre des Dames religieuses et Religieux de fontevreau. Le second n'ayant plus voulu de Charges aprez son prouincialat s'est retiré dans son Conuent de Rodéz ou il s'applique vtillement au salut des ames par les confessions des fidelles qu'il entend, ou il est fort assidû; il a esté prieur dans les principaux Conuens de sa proutnce, du nouciat de Paris, et visiteur apostolique de yontevreau...* — Haec omnia nos ad annum 1709 remittunt.

Etenim erat Petrus Hyac. Moysset: 1686-87 et 1693 Prior Tolosae, 1687-89 et 1704-07 Prior in Novitiatu Generali Parisiensi, 1693-97 Provincialis, 1697-1700 et 1707-08 Prior in conventu Ruthenensi, 1701-04 Prior in conventu Claromontano, 1709 Prior Burdigalensis, 1709-1713 iterum Provincialis. — Item Petrus Bernardus Sabatery erat 1690-

¹ R. P. Cl. Mercier, T. O. P., benevolus mihi notas biographicas patrum, de quibus hic sermo est, transmisit: quare ei gratissimus sum.

² Cf. Regestum Litterarum privatarum R.mi P. Antonini Cloche, totius Ordinis Magistri, in Tabulario Ordinis Ms. IV 202 fol. 5v-6r, ubi littera dirigitur R. père André de St. Géry, vicaire général de St. Dominique.

³ ... Le R. pere Soueges en parle dans la seconde partie du mois d'aoust de son année Dominicaine page 662. ...

92 Prior in Novitiatu Generali Parisiensi, 1693-94 Prior Avenionensis, 1696-97 Prior Burdigalensis, 1697-1701 Provincialis prima vice, 1701-1709 in conventu Ruthenensi morabatur, 1709-1711 (1712?) erat Prior Burdigalensis, 1713-17 Provincialis, et 1718-1722 iterum conventui Ruthenensi assignatus.

Cum igitur scriptor inventarii non post annum 1711 scripserit, concedendum est, ipsum statum conventus Ruthenensis descripsisse, quem ad modum anno 1709 erat. Cui anno soli omnia conveniunt, quae auctor de duobus patribus narraverat. Eorum elogia insuper chronicam conventus Ruthenensis concludunt.

II

*S. Thomae de Aquino Opusculi de secreto
variantes lectiones ex Codice Ruthenensi recensentur.*

Mortier II 121 in nota S. Thomae de Aquino Opusculum de secreto ex nostro codice edendum curavit; eheu, textum manu scriptum plurimis in locis pessime mutilavit. Qua de causa doctis viris iucundum fore opinatus sum, si variantes lectiones ex nostro codice referam. Hinc lectiones variantes, quas P. Mortier habet, cum ipso codice contuli, easque sic correxi ¹:

Linea 4 Mortier: V (in codice sic A)] recte legitur: 7 — 4 similiter] simul — 6 Caudamo] Gandamo — 9 ut infra sequitur] ut infra. Sequitur. — 10 accusato] ab accusato — 11 numquam] numquid — 14 Responderunt doctores] Responsio. Dicendum — 17 Responderunt doctores] Responsio. Dicendum — 19 immo] ideo — 21 alius] aliquis — 22 inquire] inquirere — 23 Responderunt doctores] Responsio. Dicendum. — 28 superius] supra — 30 Responderunt doctores] Responsio. Dicendum — 31 gravaminis, praeiudicii] gravis praeiudicii — 36 si] sic — 38 ad praedictorum] aliquod praedictorum — 40 gravaminis] gravis — 43 processit... processit] praecessit... praecessit — 49 supra] sunt — 50 vana] vera —

¹ Claritatis causa lineas in editione P. Mortier a prima incipiens numeris dotavi: quare linearum numerum variantibus lectionibus antepoſui.

53 si] non — 57 Responderunt doctores] Responsio. Dicendum —
 60 grave] grande — 62 accusans] Si accusans — 64 uti] ubi —
 72 taliter] talis — 74 numquam] numquid — 75 Respondit dictus
 frater Thomas] Responsio. Dicit frater Thomas — 76 in genere, sic
 præcipio] in genere sic : Praecipio

III

De operibus Hermanni de Minda O. P. in codice latino Monacensi 4386 contentis.

Ex pretiosa collectione initiorum codicum Monacensium, quae in Bibliotheca Vaticana exponitur, edoctus sum, in codice Monacensi latino 4386 plurima Hermanni de Minda O. P. opera contineri. Quare docti et amici viri Dr. E. Schulz et Dr. Bernardus Bischoff, Monacenses, a me rogati plurimam notitiam de dicto codice mihi dederunt: de qua re eis maximas ago gratias. Bonum duxi appendicis gratia, nuntium, quem dicti viri de codice dederunt, hic publici iuris facere:

MONACHI, in Bibliotheca publica *clm.* 4386. Chart. 149 fol. Saec. XIV. med. vel e 2. medietate. 2 columnae. Codex est miscellaneus, in quo plurima ordine alphabetico disposita traduntur (Rapularius). Originem ducit ex abbacia Augustana Vindel., SS. Udalrici et Aefrae.

Fol. 142v: Hermannus de Minda O. P. De interdicto Ecclesiastico. Titulus desideratur. Inc.: *Ad dirigendum simpliciores in notitiam interdicti...* (idem ac in Cod. Ruthenensi fol. 74v-77v). Des.: ... *Nisi aliud teneat consuetudo.*

Fol. 143v-145r: Hermannus de Minda O. P., Quaestiones de diversis censuris ecclesiasticis, sine titulo. Inc.: *Notabilia de interdicto [cap.] 21. In summa nota...* Des. hoc capitulum: ... *non deberet celebrare.* Inc. capitulum sequens: *Questiones et solutiones. 22^m. capitulum. Innocentius super cap. « Quia nullus » Extra. de privilegiis¹. Quod si homines manentes in terra interdicta...* Des.: ... *vel loci populo, donec relaxetur.* Idem est ac in Codice Ruthenensi fol. 78r-78v. Animadvertas capitula huius

¹ Idem in cod. Ruthenensi fol. 78r, ubi tamen dicitur: *super cap. « Quod nonnullis » Extra. de privo.*

appendicis capitulum 21 et 22 tractatus de interdicto ecclesiastico recenseri ¹.

Fol. 149r: *JOHANNES miseratione divina Tusculanus episcopus, apostolice sedis legatus... priori provinciali ceterisque prioribus... theotonicam salutem. Inducti vestre deuocionis meritis, pro quibus uobis competit exhibicio gracie specialis ... Datum apud novum castrum Tullensis dioc. ... viij. Id. Sept. 1287 apostolica sede vacante.* — Adduntur confirmationes fr. *Hermannis prioris provincialis per Theotoniam* (dies non ascribitur) et *Domini Wolfhardi prepositi ecclesie Augustane* (1288 in die beati Mathie apostoli) ². Idem in codice Ruthenensi fol. 93v-94r.

IV

Rubricae bullarum

ex codice Ruthenensi fol. 171va-177ra eduntur.

In fine bullarii selecti, quod nobis in codice Ruthenensi traditur, rubricae seu regista singularum bullarum in unum colliguntur. Quas rubricas hic edere bonum duxi: etenim in similibus collectionibus bullarum similes rubricae quoque continentur, ita ut non parvi momenti sit, rubricas nostras cognoscere. Praeterea eas parvi regesti, quod lectori utilissimum erit, singulas bullas illustrantis locum tenere opinatus sum.

Rubricas, quemadmodum eas in codice adinveni, retuli; menda tamen, quae haud rara occurrunt, ad melius correxi, variantem lectionem codicis in nota referens. Numeri rubricis antepositi plerumque concordantes sunt numeris in descriptione bullarii relatis: attamen pluries unus nume-

¹ In codice Monacensi haec duo capitula 21. et 22. etiam in tabula tractatus de interdicto continentur; e contrario Codex Ruthenensis in tabula eiusdem operis 19 capitula sola refert. Quare quaestio, num haec *Notabilia* ad ipsum tractatum attineant, adhuc sub lite manet.

² Praeterea tractatus de interdicto ecclesiastico in his codicibus traditur: L y o n, Bibl. de la ville, Ms. Coste 423 (3497). Perg. 79 fol. 95 x 75 mm. saec. XIII. fol 55r - 79 (?): *Tractatus de interdicto. Ad dirigendum simpliciores...*; cf. Cat. général des mss. des bibliothèques de France. Départements 30 (Paris, Plon 1899) 743 - 744. - N î m e s, Bibl. de la ville, Ms. 47 (13743) Perg. 217 fol. 2 col. saec. XIII - XIV. Ex Carthusia Avenionensi. Opus secundum: *Tractatus de interdicto. Ad dirigendum simpliciores... Des... vel loci populo, donec relaxetur*; cf. Cat. général des mss. des bibliothèques publiques des départements 7 (Paris, Impr. Nationale 1885) 552 - 553.

rus plures bullas sub uno numero contentas designat. Ita quandoque numeri in ipso bullario et in rubricis appositi viciniore loco repetendi sunt: quod diligens lector rubricarum ope suffultus certe notabit, quin hic numerorum concordiam ex toto describam.

In margine ipsius bullarii, praesertim ad initium singularum bullarum, parva regesta et notae ponuntur, quae quidem in re cum nostris rubricis concordantes sunt, verbis autem plerumque differunt. Cum in descriptione bullarii saltem titulos singulorum capitum, seu rubricas textui insertas, iam retulerim, has rubricas parvas marginales transcribere necessarium non duxi. Ceteroquin minus completae sunt rubricis fol. 171va-177ra in unum collectis.

Animadvertant certe lectores bullarium in sua prima forma fuisse quandam explicationem Maris magni, ad quam bullam saepissime remittimur; bullae et anteriores et posteriores adducuntur, ut hoc permagnum privilegium explicetur. — Postea vero plurima adduntur, quae mare magnum non respiciunt (cf. inde a n. 135 circiter). Quare vix non dubitandum est, quin bullarium hodiernum quaedam editio ampliata bullarii iam prius existentis sit. De hac re vero docti viri indagent.

Istae sunt diversae indulgentiae concessae ordini nostro tempore diversorum summorum pontificum.

1. Primum est privilegium, quod dicitur mare magnum, quod in se continet diversos articulos infra scriptos:

Primus est de confirmatione magistri ordinis et cura fratrum commissa eidem, et quod ipse ac diffinitores¹ libere agere valeant, quae ipsi iuxta constitutiones ordinis, dicto ordini ac fratribus viderint expedire.

Secundus est de lectoribus ponendis in conventibus nostris sine cuiuscumque licentia, exceptis locis, in quibus viget studium generale.

Tertius, quod dioecesani nihil possunt contra instituta ordinis, praecipue quoad institutionem et destitutionem priorum.

Quartus de confirmatione postulati in priorem conventualem vel provincialem, sive postuletur unus sive plures.

Quintus, quod in electione aliqua ordinis tempus a iure statutum non currit contra electores nec illo tempore corarctatur.

¹ Ms.: *diffinitates*.

Sextus, quod fratres ordinari possunt a quibuscumque catholicis episcopis ¹ absque omni promissione et obligatione.

Septimus de oratorio habendo et altari portatili ² in locis, in quibus degimus.

Octavus, quomodo possumus celebrare in locis nostris et in aliis tempore generalis interdicti.

Nonus de pueris nostris et procuratoribus nostris recipiendis ad divina tempore generalis interdicti et, quod non capiuntur a sententiis praedictis, nisi in casu.

Decimus, quod nos possumus in terris excommunicatorum moram contrahere et ab eis eleemosynas recipere.

Undecimus de absolutionibus et dispensationibus fratribus impendendis.

Duodecimus de consimili gratia concessa praelatis ordinis, quae conceditur fratribus in articulo praecedenti.

Tertius decimus de absolutionibus et dispensationibus impendendis a praelatis ordinis illis ³, qui volunt ordinem intrare. De hoc melius dicitur infra cap. xiiij.

Decimus quartus, quomodo in multis sumus exempti a iurisdictione delegatorum, iudicum et ordinariorum; et sunt multi articuli ibi positi.

Decimus quintus, quomodo nullus praelatus vel legatus, nisi de latere, potest compellere fratres ad manendum secum sine licentia magistri ordinis vel prioris provinci[alis]; et manentes sunt in oboedientia ordinis.

Decimus sextus, quod praelati ordinis absolvere possunt inquisitores et praedicatores crucis et ad alia officia deputati ⁴ per sedem apostolicam.

Decimus septimus, quomodo potest aliquis transire ad alium ordinem.

Duodevicesimus, de modo procedendi contra apostatas et ad quos ord[in]es possunt intrandi licentiarum et quomodo.

Undevicesimus, quod nullus portet ⁵ habitum nostrum nec ei consimilem.

Vicesimus, quod non debemus decimas de hortis nostris.

Vicesimus primus, de restitutionibus incertis faciendis ab illis, qui ordinem ingrediuntur.

¹ Ms.: *episcopatts*.

² Ms.: *portali*.

³ Ms.: *illius*, quod postea corr. *illis*.

⁴ Ms.: *deputantes*

⁵ Ms. bis ponit: *portet*.

Vicesimus secundus, de libertate sepulturae in ecclesiis nostris.

Vicesimus tertius, quod nullus frater ordinis confiteatur alii, quam praelato suo, nisi de licentia eiusdem.

Vicesimus quartus, exemptio in multis a potestate praelatorum et ordinariorum.

Vicesimus quintus, de canonica portione non solvenda a nobis de pluribus, quae nobis legantur.

Vicesimus sextus, de mutatione locorum et translatione bonorum et venditione priorum locorum exceptis hiis, quae consecrata sunt.

Vicesimus septimus, quod non tenemur alicui procuracionem praestare.

Duodetricesimus, quod constitutio Innocentii III. contra exemptos nostris libertatibus non praeiudicat.

Undetricesimus, quod sententiae latae contra tenorem praedictorum non valent, immo sunt irritae.

Tricesimus, est conclusio communis « Nulli ergo » etc.

2. Quaedam littera directa ministro et fratribus Minoribus, quod non recipiant quemquam ad professionem ante annum.

3. Quod statutum papae, quod prohibet obligatos ordini fratrum Minorum recipi ad ordinem nostrum, intelligitur solum de obligatis per professionem.

4. Quod non possumus cogi per litteras sedis apostolicae vel legatorum eius ad recipiendum commissiones causarum seu executiones earum aut officium assessorum, nisi in causis ¹ fidei. De hoc in mari art. xiiij.

5. Quod non possumus cogi per litteras apostolicas ad pecunias colligendas. De hoc in mari art. xiiij.

6. Mandatur ² universis praelatis, quod compellant illos, qui deferunt habitum nostro consimilem, ad deponendum. De hoc in mari art. xix.

7. Recommendantur fratres universis praelatis, quod benigne recipiant eos ad officium praedicationis, non ³ impediunt volentes confiteri, quando ad praedicationem accedunt. Si qui autem ad quaestum in praedicatione se convertunt, tamquam simularii capiantur.

¹ Ms. : *caustris*

² Ms. add. : *quod.*

³ Ms. : *nos.*

8. Quod debemus praelatis oboedientiam et reverentiam, salvis ordinis institut[is] circa destitutionem et institutionem priorum. De hoc in mari art. tertio.

9. Quod egressi de ordine proprio motu vel expulsi praedicare, docere, confessiones audire non possunt; quod si fecerint, fratres possunt eos excommunicare.

10. Quod ecclesiae nostrae sunt conventuales, et quod habere possumus coemiteria libere ad opus nostrum et familiae nostrae. De sepultura in mari art. xxij.

11. Libertas magna conceditur in praedicationibus, confessionibus et absolutionibus a papa Martino III.

12. Quod non possumus conveniri per litteras apostolicas, nisi de hac indulgentia et ordinis etc. De hoc in mari art. xiiij.

13. Quod possumus absolvere volentes intra[re] ¹ ordinem iuxta formam canonicam a sententiis interdicti, suspensionis et excommunicationis. Idem de iam ingressis statum etc.

14. Quod possumus libere praedicare, confessiones audire, absolvere de licentia superiorum irrequisitis inferioribus.

15. Idem, quod in capitulo praecedenti, largius, exceptis dumtaxat illis casibus etc. Decernit etiam irritum etc.

16. Fiunt executores condemnationis libri magistri W. de sancto Amore archiepiscopi ² Tur[ensis] et Rothomag[ensis] et episcopus Parisi[ensis].

17. Revocatio concilii ³ praelatorum Remen[sis] provinciae apud Compendium celebrati, quoad tres articulos, per dominum Symonem legatum Franciae, qui postea fuit papa Martinus.

18. Quod indigentiae et labores ordinis iniunguntur fratribus in remissionem peccatorum.

19. Quod euntes fratres in terram sanctam de licentia magistri ordinis habent indulgentiam, quae cruce signatis solet concedi, et morantes ibidem.

20. Littera super confirmationem magistri et cura ordinis ei commissa et aliis, quae ⁴ in mari in primo articulo continentur.

¹ Ms.: *intra*.

² Ms.: *arciepiscono*.

³ Ms.: *consilli*.

⁴ Ms.: *qui*

21. Idem, quod in mari art. iiij.; et cum hoc, [quod] electores possunt committere fratribus, qui vadunt pro confirmatione electi, quod alium eligant, si prima electio non procedit.

22. Idem, quod in mari articulo 4. et habetur in capitulo praecedenti.

23. Quod tempus statutum a iure non currit in electione magistri et priorum provincialium. De hoc in mari art. v.

24. Quod magister ordinis potest eligere confessorem secundum illam decretalem « Nisi pro dilacione » Extra. de poeni[tentiis] et re[missionibus].¹ De hoc melius in mari art. xxij.

25. Inhibetur, quod fratres ordinis [non] confiteantur aliis, quam² praelatis, nisi de licentia.

26. Quod fratres, qui ex concessione papae habent generalem licentiam audiendi confessiones, nihil possunt super fratres ordinis auctoritate concessionis praedictae.

27. De incertis restitutionibus faciendis ab illis, qui ordinem ingrediuntur. Sicut in mari art. xxj.

28. Quod magister et priores possunt volentes intrare a canone latae [sententiae] absolvere, nisi a deo etc. Prius idem in mari art. xij.³

29. Quod possunt magister et priores absolvere praedictos⁴ a sententiis suspensionis, interdicti et excommunicationis. Prius idem in mari art. xij.

30. Quod eadem gratia absolutionis et dispensationis, quae fratribus est concessa, se extendit ad praelatos ordinis. Prius de hoc in mari art. xij.

31. Quod omnia vota commissa ab ingredientibus ordinem possunt in observantias ordinis commutari, excepto voto religionis arctioris.

32. Quod praelati dioecesani possunt fratres suae dioecesis absolvere a sententiis et cum eis dispensare, nisi a deo etc.

33. Quod praelati ordinis possint facere idem, quod supra capitulo praecedenti conceditur episcopis et archiepiscopis faciendum.

